S. XLIX. Hac occasione de PYTHAGORA dicendum aliquid esse persuademur. Sunt igitur aliqui, qui *stultum* esse id arbitrantur, quod *magnus ille Philosophus* in eam devenerit opinionem, ex ordine puta motuque ocelorum atque Astrorum suavissimam maximamque gigni *HARMONIAM*, quamquam à vulgo non percipiatur, id quod inde fieri contendat, quia ad continuam & nunquam cessantem hanc cœlestem Musicam ita occalluerint hominum aures, ut eam percipere nequeant: ut solet & illis contingere, qui ad Nili aliorumve fluminum strepitus nati sunt atque habitant. Tales enim homines fieri *sordastros*, ut perpetuum fluminis strepitu non discernant. Addebat, ideo ab hominibus Musicam hanc *non audiri*, quod toti addicti rebus terrenis, attenti non sint ad cœlestes. Sed *Eraditiones* multi diu jam observarunt, quod si *proprie* intellexerit sua verba, merito illum riserit ARISTOTELIS in *2. de Cœlo & Mondo c. 9.* & efficacissimis refutaverit rationibus. Si vero sapientissimus iste Vir *figurata* hæc voluerit, & quemadmodum solitum ipsi fuit, res cœlestes, & graves, numeris, tonis, aliisque figuratis locutionibus explicarit, quale illud sit, quod de *fabis non edendis* tradidenter: De vitanda enim *Venere* loquebatur, non de fabis, ut optime

( 10 )

optime explicat GELLIUS & ALII. Quale & illud est de transmigratione animalium bestiarum in humana corpora & cœstra: De moribus enim belli viais, quos induant homines, disputabat: Non tamen de terra animalium migratione; tunc admitti utique posse, dum Musica hæc celestia suum cœlestiumq; astrorum nil aliud fuerit PYTHAGORÆ, quem *vocatis corporalibusque Musicas.* Sunt tamen, qui volunt, PYTHAGORAM locutum, esse de *spatiis*, quæ perfectissima proportiones constituta sunt inter cœlestes orbes & stellas & hæc spatia musicis vocabulis fuisse expressa. Dicobat enim spatiū, quod inter æclum & terram est, stadiorum esse 125, à Luna ad Solem duplum alio, inde ad stellarum quadratum triplum. Et spatiū à terra ad Lunam: *Tunc vocabatur Spatiū à Luna ad Mercurium Semitoruum;* A Jove ad Saturnum. *Semiconium idem:* à Saturno ad Stellarum, tria semitria: qui simul omnes sex toni fiant: quibus *Diapason harmonia perficitur.* Explicantur hæc apud multos profanos Autores, legatione Glossa in BEDAM, lib. de natura rerum. Cap. 12. Et hanc volunt fuisse Musicas Pythagora in cœli & astris. Alii volunt cum musicis & harmonijs nomine intellectissimam illam, astrorum ergo DEAM obedientiam & summam inter ipsa consenserent, qua perpetuo inxilabilique tenore moventur, & suum quodque illorum facit officium: Nam sic solitum ipsi dicere, ubi, puta, in Republ. omnes inter se consenserint, dictoque parent magistratus, & suum quisque diligenter facit officium: ibi summam esse Harmoniam. Quia itaque nullibi præstantior ordi, obedientia, omnium inter se consensio spectatur, quam in cœlis & inter astra: Idecirco dixit PYTHAGORAS, summam perfectamque ex motu astrorum cœlestium gigni Harmoniam. De hac Harmonia loquebatur & DAVID, cum dixit Ps. XIX. v 1. 2. *Cœli currant gloriam DEI;* & opera manuum ejus annunciat firmamentum, Digi dei eructat verbum & rex nocti indicat scientiam. In omnem terram excusso sonus earum &c. BEDA etiam Libr. de natura rerum c. 13. quod est de ordine & motu Planistarum, hanc Musicam egregie pingit. Videris hæc ap. ZANCHIUM Tom. III. Opp. p. 48. & qui plura desideraverit, is videre potest MARSILIUM FICINUM ad Opera Plotini p. 114.

§. XIX. Non vero opus esse arbitror, ut de *Musices INVENTORIBUS* prolixiora adferam. Celeberrimus namque D. JOH. ALB. FABRICIUS, Vir in re literaria & studiis omnibus admirabilis ratione excellens,

cellens, in *Bibliographia sua Antiquariorum Cap. XI. §. 15. & seqq.* causam illam omnem solidissime absolvit & si cui fervor ac cupido incessit, is ex Autoribus ibi allegatis sicut exstingvet omnem; hinc nec quicquam superest, quam ut artis ac scientiae hujus pericillimus, circumspecta indagatione ad id attendere vellet, ut constaret in ipso istrum, quinam forte fuerat illi, qui ipsam naturam Musices indagaverint atque sic excoluerint, ut nec quid nimis nec minus attulerint. Celebretur de cetero, DIODORO teste, MERCURIUS, quod Literas, Musicam, Palæstram & Geometriam invenerit: Tribuantur ab aliis non uni sed pluribus hæc artes: Disquirant de quantitate, de Signis, de Diade, de Triade, de ferme & affectionibus Musices: describant Musicam grandem, mediocrem vel humilim, choralem vel figuratam, sacrām vel civilem: Examinent precepta canendi: sciscientur, num hodierna Musica sit eadem cum præsca? an incrementum senserit, an decrementum? num harmonica prior sit organica? num dividi possit in theoreticam & practicam? Dent precepta voci humanae observanda: agant de virtute flatilium & percussorum instrumentorum: loquuntur de Musica harmonica sine tabella ac de tabella, de Gregoriana & Ambrosiana, de ficta ac vera, de caelesti ac mundana: faciant Musicam Diabolikon aut libralem: in omnibus tamēa universalis nostra regula aut obtinebit aut vitia declarabit. Quicquid etenim rem proponendam plene, clarius & emphatic exaltissima exprimit, atque in canendo tam bene modulatur qua vocem & qua instrumenta adhibita, ut ad affectionem & affectus ascendat, idque obtineat, quod obtinere debet, illud vere Musicum habemus. Et: Quicquid contra his requisitis criterii non satisficit, nec eo ascendit, ut exprimat rem communicandam in affectu & cum affectu, illud virtutum secundum fore in Musics, etiam si qua partitiones reliquias harmonia sua non exciderit, atque artificis ingenium sat volubile ac insigne expresserit.

§. XX. Qui horum justam habebit rationem, is & deprehendet illico causam, cur PUTEANUS in Musathena querulari potuerit: *Hodie in umbrâ tantum præsca illius artis canimus aut psallimus, fuso quadam non solam difficilem sed & langvidem & insuavem.* Ubi ASCEPIADES, qui seditiones accensas cantu inhibuit? Ubi DAMON qui temeritate juventutis pectoraliam modalorum gravitatem perdonauit? Ubi THALES Cretensis, qui organicas suavitatem morbos ac pestilentiam fugavit? At noster omnis & canas & bonas & infidas quasdam auribus faciat, animum non capiat.

Scilicet in divinam hanc partem vis quadam divina valeat; qua in nostra sa-  
Musica hactenus querit, non invenit: In veteri fuit & innocent. Inde et-  
iam mirari satis non possumus stupendos Musica effectus, quos quidem  
deprehendimus, tam in iis, qui scientiam hanc callent, quam in aliis  
etiam, qui in eadem non sunt exculti nec exerciti: Prioris speciei  
prima exempla nobis sunt. Legimus igitur in *Historia Academia Regia Scientiarum*. anno 1707. MIS/CLUM quendam in febrim acutam  
egregio, delirium ipsoisse, inter Musica ramen auditum ab utroque malo libo-  
rum excitisse, eaque per decem dies ac noctes integras continuata, sanitatem  
pristinam recuperavisse. Et anno 1708. in lisdem aliud exemplum ad-  
ducunt. Referunt quidem, aliquem ex nimia in solemnitatibus qua-  
draginta libus salutariorum in febrim acutam & hinc porro in delirium incidisse:  
Sed Medicorum ope frustra implorata mortis fere vicinum intra horae quadranguli  
per Musicam fugisse curatum. Judiciosus GEAMOENUS, conf. Misc.  
Lipf. Tom. I. p. 677 ss. De voluptate sensuum externorum, è rerum varietate  
percepibili tamen inuicena quam virtiosa, exemplorum hactenus adductio-  
rum similitia attulit & de re ipsa tam copiose & tam solide dixit, ut  
temperare nobis vix possimus, quin judiciosa ipsius deductione fru-  
stram nos item, ut eadem nobiscum felicius fruantur, persuadeamus.

S. XXI. Aures ergo, scribit l. c. p. 683. ss., manifeste sono-  
rum variarum in deliciis habent. Hinc

Ridesur, chorda qui semper oberras eadom.

Rhetores, etiam sacri, Amononici patum gratiosi. Incubatula Musi-  
cas divinae artis, hic cernere licet, natura homini per avium concen-  
tu[m] praeciente: (sit fides hic prius Autorem). *Sylvas* modo ingre-  
dere tempore verno & æteræ Musice aures loca vacivas, *cantillan-*  
*sismus*: volvorum chorus stupenda sonorum varietate te maxime exhibi-  
larabit; nisi plane aperte sis & cum barbato illo Scytham Princi-  
pe hispanum equorum; quam concentum Musicum audire malis. Si-  
quidem ibi Volupte erit, audire alitum chorus suaviter fritillantium,  
*Zenzzizantiam*, *tritillantium* & *minuzizantiam*; quarum minuriza-  
tionibus se non æquiparant tybis, cythara, fistula, aut ex arte ulli  
cantus. Ubi confert HYERON. ELVERI deambulationem vernalem  
C. VI. de avium concentis p. 9. Satietae sylvestris Musæ tibi obrepente,  
rus perambula, blandam audies tyrytyrlantem, cervicam vero  
in dumeto latitatem lusciniam regulari, cœruleumque parum, dum  
felice

salice pendet, fabri ferrarii ferramenta polientis stridores facetè exprimentem. Porro inibi

Nunc sturnos inopes fringuillarumque querelas  
Audis, & arguto passere vernal ager.

MARTIALIS I. 9. Epigr. 55.

Neque cucus ingratuſ, varietate tamen non ingrata, ceteras aviculas, velut anfer olores, interſtreperē cessabit.

ſ. XXII. Novi, pergit, Ingeniosissimus AUTOR, ingenium nostrum, suavissimi etiam concentus, diutius aures pulsantes, illas obtundunt, Quapropter tibi suadeo, ut, bonis avibus te compitantibus, rure domum eas. Ibi novae aurium deliciae te exspectant. Bonus enim Paterfamilias incondito domesticorum atimantium strepitu haud paulo minus ac musico concentu se oblectat. Hoc balantes, vacca mugientes, canum latratus, cattorum susurri, hyrundo strepera, pueruli pipientes, gallina gloticantes, galli post coitum canentes, Meleagridum vox glomerata, columbula tremulo susurro thori socias ad rostrata basia invitantes, vario strepitu, auribus insignem creabunt voluptatem. Musicalis hic avium concentus (ſit denuo fides penes Autorem, contrarium enim ex ſupradictis constabit) artem musicam & voce & instrumentis naturae emulam peroperit, artem immortali DEO gratissimam, utpote in partem canticum divini aicitam, quod sacrae paginæ abunde docent.

ſ. XXIII. Ne vero in Musica vocali varietas defit, tria modulationum genera jam olim teste VITRUVIO. de Architect. L. 5. c. 4. excogitarunt, harmonicum, chromaticum & dia tonicum, quorum intermedium, licet apud veteres, ob mollitatem insitam, infamia nota non caruisse observet COELIUS RHODIGINUS. Lect. Antiq. Libr. IX. Cap. 3. p. 442. hodie tamen ob cereberrimas vocis variationes maximo applausu gaudet: Musica instrumentalis vocem humanam imitatur, imo longe superat tam variis instrumentis, quam tonis & sonis suavissimis. Omitto lubens veterum fistulas, monochalmos, polycalamos, tibias, cytharas, plectras, magades, barbyta, naulia, panduras, cymbala, & id genus alia, de quibus RHODIGINUS. Libr. IX. cap. 4. p. 444. ſ. legi meretur: Organon pneumaticam modo consideres, quæſo. O quam varias huic regulas artifex inferuit! Audire potestis principalem, obtusioram, maiorem minoremque, pileatas, mixtam, pedalem, tremulam diapason, vocis humanae emulam, regulas, quibus omni-

omnibus Organis etiam scienter utens aures suavissime mulcet. Vi-  
des ergo naturam & artem amice conspirare, ut varietate tono-  
rum sonorumque auditum nostrum oblectare possit.

S. XIV. Atq; hæc delectatio vitijs caret, nisi abusu infeliciter te me-  
retur: Qui varijs esse potest. Vi Musices animum nostrum oppido moveri,  
nemo negabit. Traditum est quasdam modulationes Auditores ad Ve-  
nerem stimulare, alias ad iram & furorem provocare, imo plane in furo-  
rem agere posse. Solebant veteres modos Musicos secundum Gentes  
distinguere in Phrygium, Lydium, Dorium & Mixo-Lydium, quem Lesbia,  
SAPPHO instituisse fertur. vid. RHODIGINUS. l. c. Cap. III. p. 442.  
seq. PHRYGICUS dicebatur Barbaricus & Bacchicus, quia ad furorem  
& pugnas auditores incitabat. Hujus modulatione Spartanos & Creten-  
ses ad arma concitatos legimus. vid. HENR. CORNEL. AGRIPPA.  
ac Vanitate Scientiarum C. XVII. Eodem TIMOTHEUS Musicus ALE-  
XANDRUM M. in furorem egit. & Tauriminitanus Juvenis, phrygio  
modulamine, ita exarsit, ut domum, in qua meretricula quædam lati-  
tabat, igne exarere velle. Vid. ERNSTS. Litdeut der Welt, p. 358. For-  
san & Musicus ille, qui ERICUM, cognomine Bonum, Dania Regem, te-  
studinis suæ concitato sono adeo efferavit, ut furibundus profliliens,  
quatuor familiarium obtruncaret, iisdem modulis usus est. Diabo-  
lium hoc genus Musices dici posset, quia haud dubie Satana cum  
primis motore & incentore factum est, ut, mediante tali concentu,  
homines emotæ mentis fierent. &c.

S. XXV. Exempla prostant, quibus constat, Musicam artem  
nobilissimam, non mentibus solum insanis, sed & corporibus ægris Me-  
dicinæ loco fuisse, ut Tarantulos ægros sicco pede præterea, de  
quibus agit DN. FRANCISCI. in der Schaukühne P. I. p. 672. ff. ad-  
datur BAGLIVIUS. de Tarantula. DN. MEADE & VALETTA nulli  
que itidem. Nonne SAULUS Dæmoniacus per Musicam conva-  
luit? vid. D. PIPPINGIUS. de Saulo per Musicam curato, & post CLE-  
RICUM, WITSIUM aliosque Summe Reverendus DN. Doct. H. A.  
ENGELCKENIUS, Superintendens nunc Parchimensis Celeberrimus, Pa-  
tronus noster desideratissimus. de Dispositiōnibus ad iactinandum: S. XVII.  
Harmonia scilicet fidium atram bilēm discutiente, Hybris autem  
sacris à DAVIDE decantatis, Dæmonem fugantibus. r. Sam. XVI, 23.  
Gentiles olim imprimis DORIUM Melos ad vitia depellanda & vir-  
tutem instillandam apprime utile judicarunt. Hinc AGAMEMNON

ad bellum Trojanum proficisciens, *Musican Doricum domi reliquit,*  
scilicet, ut gravi sua severaque Musica uxorem CLYTEMNESTRAM  
in pudicitia conservaret. Neque illa ab AEGYSTHO, nisi Musico  
prius sublato, vitiari potuit. Hodie tamen patrifamilias vix con-  
sultum putarem, salaci mulieri talem castimoniaz custodem dare,  
et möchte den Bod zum Gärtnerschen. Facile enim Musicus AEGY-  
STHUM induere posset.

S. XXVI. Nec solum animis, sed & corporibus languentibus  
Musica medetur. Exempla magno numero adduci possent; Ve-  
rum brevitatis studio duobus contenti sumus. In Gallia No-  
bilis MATRONA, Zelotypia in furorem acta, è Capucini cujusdam  
consilio per Musicum, Chelyn amoenissime plectentem, trium men-  
sium spatio ad sanitatem redacta fuit. *Alia illustris FOEMINA*  
*Rotomagi, DU PARRE all nomine, in variis morbis, imo etiam in partu,*  
non aliam medicinam adhibuit, quam Musicam. vid. HAPPEL. SPI-  
NELL. P. I. p. 266. f. &c., cum ingravescente ætate. artbrisidis dolori-  
bus in genu acutissimis maxime cruciaretur, Musico semper pro  
Medico usæ fuit, & hoc modo vitam suam *ad annum usque 106.* pro-  
traxit. Cum igitur concentus musicus menti corporique adeo con-  
ducat, cur nefas sit, his aurium delinimentis delectari? Certe bru-  
is hanç voluptatem sentire compertum est. Mittimus fabulas Poë-  
tarum de ORPHEO, Lyræ cantu nemora ferasque demulcente, de  
quo OVIDIUS. *Metam. L. XV. 5.* cecinit:

*Tale nemus vates attraxerat; inque ferarum.*

*Concilio medius turba volviturque sedebat.*

CLEMENS Alexandrinus Pedag. l. 2. c. 4. p. 163. f. scribit: *Cervos fistu-*  
*lis demulceri, accipimus, & in laqueos inter venandum cantu à ve-*  
*natoribus duci. Equis autem coeuntibus, velut quidam Hymenæus,*  
*tibia canitur Carmen: id autem ab incitandis equis Musici appellati-*  
*unt varrenspor. VARRO de rerum socialib. 3. testatur, in quadam syl-*  
*vula lepores tibia ad pastum convocatos esse. Quid ergo mirum,*  
*homines sonora concentus musici varietate capi?*

S. XXVII. Sed nondum finis est admirabilis ilsius effectus,  
quem Musica producit. Callide siquidem apud TENTZELIUM. in den  
Monathl. Unterredungen. anno 1692. p. 727. ad questionem: Ob man  
die Violadigamber tabularur gebrauchen könne, einem guten Freunde,  
der sie versteht, etwas heimliches zu offenbahren? Resp.: Es haben  
jwar

war KIRCHERUS, SCHOTTUS und andere *Scriptores Reganographicci* gewiesen, wie man einem gegenwärtigen ein Arcanum zu verstehen geben solle auf den Clavir, da ein jeglicher Phon einen absonderlichen Buchstaben bedeutet, welche Deutung aber derjenige wissen muss, dem das secretum soll vertrauet werden. Allein wie man einem Abwesenden dergleichen entdecken könne, habe er bey ihnen nicht gefunden, indessen schicke sich die Violadigamben-Tabulatur nicht nur wol dazu, indem sie sich durch das ganze Alphabet erstrecke, und weil sie mit andern characteribus vermischt ist, so könne einer, der sie nicht versteht, hinter das Geheimniß nicht kommen; Sondern sie sey auch glücklich practisiret worden von z. unschuldig Gefangenen, womit es sich also verhalte. In der Schlesien andre einer des Nachts ermordet, und der Urwohn auff 2. Musiciaten geworfen, die auch deshalb eingezogen; Alles Protestiren, Bitten und Flehen segvergebens gewesen. Sie hatten Permission verlanget, ihre Eltern Nachricht zu ertheilen, aber es wäre ihnen rund abgeschlagen. Endlich, weil sich der Proces verzögert, sey ihnen vergönnet worden, Eider zu schreiben. Da hätten Sie den Ihrigen durch die Violadigamben tabulatur ihr Elend zu wissen gehabt, und wären durch denselben Intercession von der Gefängnis und Todess-Gefahr befrehet worden. Sed ad artificium tale attendere non vacat judicissime meditatuero, quod divina Musica ad literas non sit violenter cogenda, quæ potius tonis ac sonis suis ad res rerumque aff. & effectus applicata, eo valore instituitur, ut Oratorem consummatisimum agere & hac quidem ratione h̄is, qui artem callent, abscondita ipsa revelare valeat.

S. XXIX. Quem fugit præterea, quod egregius ille Medicus. CHRIST. FRANC PAULINI in curiosa descriptione *Nunc Muscha-*  
*ta. p. 450. s.* adduxerit aliquos, qui ad musicam certi instrumenti aut flant, aut singant, aut Spiram appellant aut deliquinum animi sentiant. Collegit & alia, quæ ad hunc finem apprime faciunt Apostata ille JOH. PHIL. PFEIFFERUS. *Antiquit. grec. L. 2. cap. 64.* & ad Musicam conducunt, unde paucula adhuc colligere juvat; ita vero scribit p. 433, CASSIODORUS miodorum principium Musices diversitatem exponit, inquiens: Hoc totum inter homines quinque tonis agitur, Qui singuli provinciarum, ubi reperti sunt nominibus vocitantur. Miseratio quippe divina localiter sparsit gratiam, dum omnia sua valde fecit laudanda. DORIUS pudicitiae fægitor & castitatis effector est. PHRYGIUS pugnas excitat & votum fervoris in-

Nammat. **ÆOLIUS** animi tempestates tranquillat, sonumque ~~juga~~  
 placatis attribuit. **JASIUS** intellectus obtusos aevit & terreno  
 desiderio gravatis cœlestium appetentiam bonorum operator in-  
 dulget. **LYDIUS** contra, nimias curas, omniaque tædia repertus,  
 remissione reparat & oblectatione corraborat. Et hinc alii passim  
 auctores non satis possunt explicare vim & efficaciam Musices, quæ  
 inde è diversitate horum modorum oritur. **ISIDOR.** *Hispal.* l. 2.  
**Orig.** c. 16. Musica, inquit, movet affectus, provocat in diversum  
 habitum sensus, in præliis quoque tubæ concentus pugnantes ac-  
 cedit, & quando vehementior fuerit clangor, tanto fit fortior ad  
 certamen animus. Siquidem & remiges canthus hortatur ad toleran-  
 dos quoque labores, Musica animum mulet & singulorum operum  
 fatigationem modulationi vocis solatur. Excitatos quoque animos  
 Musica sedat, sic ut legitur de **DAVID**, qui à Sp. immundo SAU-  
 LEM arte modulationis eripuit. Ipsi quoque bestias, nec non &  
 serpentes & volvres atque Delphinos ad auditum, suæ modulationis  
 Musica provocavit. **ATHENÆUS** lib. 14. *Diphysophist.* c. 5. f. 623.  
**F. MAGNUS**, ait, Æredi homines, quod **THEOPHILUS** Citharhe-  
 dus ait, thesauris ac stabilis est musica edictis & institutis. Etenim  
 mores illa format, iracundos & mortales disordines lenit. Clynius pytago-  
 ricus, ut refert **GAMÆLEON** Ponticus, moribus vitaque diversus ab  
 aliis, si quando ira contingaret illam exasperari, lyra sumta lude-  
 bat, &, si quis rogaret causam, se dicebat ita mitescere. *Homerus*  
**ACHYLLES** mulcebatur cythara. Illam ex **EETIONIS** spolis  
 Homerus solam tribuit, quæ igneam ejus vehementiam cohibe-  
 ret. Solus igitur apud **HOMERUM** in *Iliad.* **ACHYLLES** Musica illa  
 utitur. Similiter **CICERO** in *de Legibus*. scribit: Assentior PLA-  
 TONI, nihil tam facile in animos teneros atque molles influens  
 quam varios canendi sonos: Quorum dici vix potest, quanta sit vis  
 in utramque partem: Namque & incitat languentes, & languescit  
 excitatos; & tum remittit animos, tum contrahit &c. Addit  
 ibidem de *Agamemnonis Cytharedo*, de **ORPHEO**, **AMPHIONE**.

§. XXIX. Ut & doceret, quid valeat divina Musica in corpora  
 hominum? PYTHAGORÆ testimonium adducit, qui Musicam  
 multum conferre ad *sanitas* existimavit, si quis ea, quomodo  
 convenit, utretur; adduxit & **THEOPHRASTUM** & adhibuit,  
 scribentem, Qui vexantur *cavendis*, ea cruciatu liberari, si quis,  
 dum

datum dolor urget; sibiis phrygiam modorum harmoniam canat.  
**APOLLONIUM** & **Carissimum** addit, qui de cit. jam Theophrasto re-  
 centuerit sententiam, quod Musica medetur animi defectui, metui,  
 diuersarum mentis alienationibus, Ischyadi itidem & morbis comitalibus,  
 quibus AULUS GELLIUS addidit, quod & viperarum morsibus pro-  
 fit & ex Scabella, quod febrem curet vulneraque, surdos restituat,  
*sympathicas* liberet, menses ac pestilentiam fuget, venasque penset. Pre-  
 terea adjicit, quod *venenum a corde propellat*, atque una cum sudore  
 foras expellat. Subjungit etiam malos tintinabularum sonitu collis  
 suspensorum sarcinas levius ferre, eques in præliis concitari tubis,  
*corvos & turtures*, *Delphinum* item musica delectari. Quibus & alia  
 multa eaque satis curiosa adjecit, Miror id interea, quod sub *Exordiis Cap. LXIV.* pag. 421. **ÆGYPTIOS** ex **DIODORO** Siculo accuset,  
 quod *Musicam apud se disserre non permiserint eandemque non modo iniurie-*  
*lem sed & noxiā esse*, vel, que virorum animos effeminaret, perswasum ha-  
 buerit. Quale quid etiam de *Cynicis*, de *EPHORO ISOCRATIS*  
 discipulo attulit. Crediderim namque minimum hic tempora esse  
 distinguenda. Expressius enim **AMMIANUS MARCELLINUS**.  
*L. XXII. C. 16.* perhibuit, quod apud *Ægyptios* nondum penitus exar-  
 ruerit *Musicæ*, nec *Harmonia* conticuerit. & **PYERIUS VALERIANUS** in  
*Hyerogliphicis*, *Libr. XXXVII.* pag. 369. de *Ægyptiis* refert, quod  
*Musicam per dentes* + | + | lingua percussos expresserint.

¶ XXX. Quod interim Musica inter **GRÆCOS** egregie sit  
 exculta, negabit nemo, ita quidem ARISTOTELES. *8. polit. cap. 5.*  
 docet, pueros esse decendam musicam, quia mores informet, voluptatis ac  
 recreatiōni banesta sit & ad cursus beatæ vita honestius explendum condu-  
 cas. PLATO etiam testatur idem, quorsum & incerti Autoris sen-  
 tentiam ex STOBÆO, PLUTARCHUM & AULUM GELLIUM  
 refert PFEIFFERUS. *t. c. p. 422. f.* Inter ea non omnem Musicam  
 pueros decere ostensit ARISTOTELES, *lib. 8. polit. c. 7.* scribens: De  
 DORIA autem si omnes una sentiant, eam esse maxime sedatam &  
 mores habere maxime viriles: præterea vero, quoniam quod me-  
 dium est inter duo extrema, laudamus & sequi dicimus oportere:  
 DORIA autem harmonia hujus naturæ est cum aliis harmoniis com-  
 parata: perspicuum est, cantus Dorios discere magis, quam ullos  
 alios, pueros decere. Sunt autem duo spectanda, duarum & tri-  
 plarum, quod fieri potest, & quod decet. Namque fieri possunt &

quæ quemque decent tractanda sunt potius. Definita quæcumque potest  
funt haec etatibus, v. c. iis, qui annis confecti & etate defessi sunt,  
contentas & acreis harmonias non canere, sed remissas natura sugge-  
rit iis, qui id etatis sunt. Quocirca recte etiam hoc nomine So-  
ciatem reprehendunt nonnulli ex iis, qui in Musica versantur,  
quod remissas harmonias in institutione ac disciplina puerorum im-  
probarit: eas accipiens tanquam temulentas & ebriosas, non ex vi  
& potestate ebrietatis, quasi ebrios item efficiunt; sed tanquam  
languidas, fractas ac defessas. Quare & ad etatem futuram gran-  
diorum natu dico, oportet tales harmonias & tales cantus adhibe-  
re: Præterea si qua talis harmonia est, quæ puerilem etatem dece-  
at, quia possit ornamentum simul & παιδίας afferre, qualis ex omni-  
bus Harmoniis Lydia maxime videtur: in promptu est, trebis fines &  
veluti terminos in disciplina esse constituendos. η μέσον καὶ η διαμε-  
τρὸν καὶ τὸ περιεύον quod medium est, quod sieri potest, quod decet.  
Carpit etiam, quod PLATO *phrygiam harmoniam* in republica reti-  
nuerit, cum tibias inde & harum fabros projecisset. Tibia enim,  
ut ait, in organis, & phrygia in harmoniis eandem vim habent eos-  
demque producunt effectus. Utraque enim stimulos admoveat at-  
que animi motus excitat. Convenire autem tibiam & phrygiam  
harmoniam, id constare opinatus est veteram *Musicorum* exemplo &  
*Bacchicis Orgiis*. Ex instrumentis itaque *tibias* pueros uti non opor-  
tere, quia ad mores recte informandos non pertineat, neque ad  
aliam disciplinam conferat, sed inflammet potius animum ad iram,  
quod hominem liberalem haud decet. ita, ut bello magis inserviat,  
illisve temporibus, quibus opera insumitur in purgando animo, non  
in discendo. Dein & cerebrum concutit tibia, spiritus sciendi af-  
fiduitate. Porro orationis etiam & sermonis usum adimit. Ob  
quam rem *Veteres*, licet prius ex fuissent usi, postea tamen tum per  
experientiam melius judicare didicissent, quid ad virtutem perti-  
neret, quid non, eam repudiarunt. Nec tibias solum reprobarunt,  
sed & alia permulta instrumenta antiqua, *peltines* & *barbyon*, item  
*heptagona* & *trigona* & *sambucas*, & cuncta, quæ indigerent perita at-  
que arguta manuum *gesticulatione*. Tum quia nimis utentes occupatos  
tenet hujusmodi gesticulatio, tum quia per se turpis & ridicula est.  
Unde etiam *Veteres* fabulati sunt, *MINERVAM* tibias rejecisse,

tum quod os deformaret, tum vero quod tibiarum usus ad inteligen-  
tiam & mentem uihil conferret, vid. PFEIFFERUS. l. c. p. 437. s. &  
addatur LAMBECIUS. in *Prodromo Historie Literaria* p. 209.

§. XXXI. Prelixius non inquisivero, quomodo ARADII  
Musices usum in Italiis intulerint? vid. DIONYSIUS Hal. p. 26.  
lin 29? quomodo origo artis cantandi apud Germanos ultra tempora  
OTTONUM repetenda? quæ fuerint lites inter Italos & Germanos  
sub CAROLO M. do *præstania cantandi?* cur cantores Metenses post  
Romanos per optimis habiti? &c. conf. *Obseru. Halenses T. VII. Ob-*  
*seru. XVII. 1697. seq.* Dummmodo adhuc id addidero, quod SINENSES  
ad bonum-regimen antiquorum Principum leges commendaverint  
eorum, qui Musicas concordiam instituerunt, vid. A. E. L. anno 1712.  
p. 225. conf. & TENTZELIUS. in *Menstruis. 1697. p. 292. s.* Hinc & de  
CONFUTIO ac priscis Synarum Imperatoribus relatum est, quod  
Musicam plurimum fecerint, utpote quæ multum conduceret ad  
populorum concordiam, bonos mores, rectum regimen. vid. A. E.  
L. l. c. p. 127. Num vero tales in finem NERO etiam *Agones Musicos*  
instituerit, & cur *lyram* in nubo cufam voluerit? SVETONIUS  
docere poterit, scribens: *Nec contentus harum artium experientia*  
*Roma dedisse, schajass, ut diximus, petat, hinc maxime motus.* Institue-  
rant civitates, apud quas Musici agones edi solent, amnes. Cytharorum  
coronae ad ipsum missere. *Eas adeo gracie recipiebat, ut legatos, qui per-*  
*trulissent, non modo primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis inter-*  
*poneret.* A quibusdam ex his rogatus, ut cantares super scenam, exceptus-  
que effusus: *solos scire audire gracos, solosque se ac studiis suis dignos ait.*  
*Nec proficetio dilata, ut primum Cassiopem traxerit, statim ad aram Jovis.*  
*Cassii cantare auspiciatus est.* Ceramina deinceps obiit omnia. Nam &  
qua diversissimorum temporum sunt, cogi in unum annum, quibusdam etiam  
iteratis, iustiss. Olympia quoque prater consuetudinem musicum agona com-  
misit. Ac, ne quid circa hac occupatum avocaret detinereretur, cum presentia  
ejus probicas res egore à liberto Helio admoneretur, rescripsit his verbis:  
*Quamvis nunc unum consilium sit & votum, teleriter reverti me, tamen*  
*saudero & optare potius debes, ut Nerone dignus revertar.* Cantante eo, ne  
necessaria quidem causa excedere theatro licitum erat. Itaque & enixa  
quedam in spectaculis dicuntur & multi, tadio audiendi landandique, clausis  
oppidorum portis aut furtim desluisse de muro aut morte simulata, funere elati.

§. XXXII. Quod interea singuli ferme, sive studiis, sive Marti,  
sive

five mechanicis, sive labori manualli litent operamque suam navent; Musicam si non calleant, frequentius tamen exerceant, ipsa experientia docet, & forte causam non male auguratur QVINTILIANUS, quod nempe singulorum operum fatigationem modulatio vocis soletur, quorsum & spectare videtur Arcadum opinio, qui in turpissimis habuerunt rebus, Musicæ imperitiam fateri, non lascivæ aut deliciarum causa, sed ut labores assiduos in colendis agris, & vitæ præterea duritiem & austiores mores hac dulcedine remulcent. ita SCALIGER. Poëtices Libr. I. Cap. 55. explicat; postores habuisse cantiones, quas canere soliti sunt ad molam: *nuncas* quoque, *feminas* pinfentes, *textentes telas*, *meffores*, *babnearios*, *antistitarios*, *erlifstitarios*, *fullones* & *lignaiorès*, *prafices*, *vindemiatores*; & pròpterea Cap. 56. *elogia*, *epigrammata* eaque tam *triumphalia* quam *votiva* adjecit & in festivitatibus *Daphnophorica*, *canephoria*, *tripodiphoria* & *parthensa* recenset, *procœmia* etiam ac *epilogos* subjiciens. Pauuis: de fabris peculiariter VIRGILIUS. de metallariis, de pictoribus & aliis exadū constant. Hinc forte in nostro Ducatu, ludicras tales bantilenas eliminare votuissé videtur DN. HARTMANNUS. Critzoviensium Pastor. De cetero veluti GRÆCI in conviviis singuli suam cantionem cecinerunt, ita GERMANI præcipie heroas pugnataque bellacanebant, Solepnes epulas inter. Quod & de Septentrionalibus perhibitum. Quemadmodum interim Veteres cytharam forte saltē & lyram agnoverunt, et quod & plectro cordas pulsare & simus voce viva accinere soliti sunt: ita posteri plura Instrumenta invenierunt & pro eorum diversitate musicam distinxerunt, id quod nomina subicen, tibicen, fidicen, fistularior, cytharrædus, lyrista, tympanorriba, organædus. & sic porto abunde docent: quorum quidem *questus*, si publico stipendio conducti, artem suam exerceant, non est *inhonestus*. Nam & *Celeberrimus* DN. D. ADAM. FRID. GLAFÉY de eorundem prærogatiis secundum Jus naturæ constituere aliquid potuit. vid. Dessen *Vernunft und Völker Recht* p. 384 s. Nec *Concertatio* inter eos vilipendenda aut protinus tollenda est. Quod enim GRÆCIS licuit in *Ludis Delphicis*, quod ROMÆ obtinuit: id, modo limites honestatis non transgrediatur, tolerari itidem poterit, præcipue, si artifices tales æmularentur inter se, ut sanctioris musicæ pristinam & veram naturam sagaçius indagarent eandemque genuino uo nitori restituere allaborarent.

§. XXXIII. Absit vero per omnem modum, ut PSEUDO-MUSICOS, quos ignorantia, si artem male didicerunt, & exercitium, si ea male utuntur, deformant, itidem non vilipendamus, pro frusto panis enim ad cantandum conduci se patiuntur, malis moribus communiter squalent & Sabbatho sancta non volunt: Hi enim, etiam aliquando, quod tamen raro accidit, chordas bene temporent, animi tamen mores turpiter distemperant, & ATHENÆUS sic quidem recte scribere potuit: Illis Deos mentem non inflasse, sed simulac illi tibiam inflent, mentem avolare, in ganiis namque ac tabernis apud alios scurras etatem agunt, hinc & musicè vivere, apud PLAUTUM in eos conjieitur, qui laute quidem fed alieno sumtu vivunt, inde etiam exorta sunt proverbia: *Bonns cantor, bonnas expedinarias*: *Cantores amant humores*: *Es ruhmet sich der Bass, er sey gekrochen aus dem Bierfass*: quia sicuti ad facies debacchantur, ita vix unquam bonas frugis esse solent. Ad hanc vituperabilem classem numerandi protinus etiam sunt illi, qui historias vel fabulas lueri causa cantilenis includunt easque publice decantant ac vendunt, qui in scenis effeminatis, impudicis, ludicris ac scurrilibus voces ac instrumenta calere faciunt, parum namque facti sunt incurrae, quibus natura nihil melius quam vocem dedit & præterea nihil præter petulantiam & stultitiam reliquit. conf. JOH. GRYPHIANDER. in *Oeconomicis legalibus I*, 35. n. 18. ff. & ARTHURI BEDFORD. *Ingens Musica abusus*.

§. XXXIV. Non possum interea absolvere thema hocce, ante quam designavero veris, probis ac excellentioribus Musicis laudes ac venerationem, qua prosequor egregia ipsorum studia, & qui certe non omnes noro, omnes tamen honore & estimatione dignos judico, præcipue quorum conatus ed aut jam ascenderunt aut porto ascensiuri sunt, ut textum aut thema propositum non adeo qualitercunque comitentur, quam ad umbilicum resecent. Noverunt Musicæ Fautores *Herbstios*, *Harnischios*, *Brigelios*, *Strobelios*, *Banwarthos*, *Kindermannos*, *Franckios*, *Scheinios*, *Fabros*, *Rosenmüllerios*, *Pröfios*, *Hackios*, *Alenios*, *Fridoricios*, *Beckios*, *Beckeros*, *Weylandos*, *Schopenios*, *Capricornios*, *Marchios*, *Haffios*, *Vierdankios*, *Seyfridos*, *Brünnheros*, *Dietboldos*, *Giebelios*, *Schereros*, *Hammerschmiedios*, *Krügeros*, *Schützios*, *Löwenios*, *Kückios*, *Keltzios*, *Plawenios*, *Erbardos*, *Steinwännnos*, *Zyberos*, *Hauermannos*, *Knoopenios*, *Pflegeros*, *Bodenšchätzios*, *Koleros*, *Schmid-*

exeros, Gippenbuschios, Sutornios, Dedekindos, Hornios, Baudrexelios, Bornhardos, Rubertos, Weheros, Voiglanderos, Steingadenios, Jenikenios, Teilnios, Arnoldos, Schedlichios, Rosierios, Spiridores, Reuschelios, Rensneros, Enizelios, Rossiones, Petzeios, Karlios, Gryphios, Molitores, Blaierros, Schwarzkopffios, Fischeros, Erlebachios, Löhneros, Kuhnelios, Werckmeisteros, Murschhauseros, Weichleinios, Spathenios, Sanderos, Behrensenios, Kubnavios, Kriegeros, Pachelbelios, Kaiserlos, Lübeckeros, Hamelios, Vulpios, Praetorios, Schesdios, Dulichios, Telemannos, Bachios, Matsonios, Raupachios, Rudovios, Stapelios, & quotquot præterea gloriā nacti sunt in sanctissimo hocce exercitio, illos amplexantur, his ego tenues, sed tamen albos ac candidos addo lapillos, Convictus etenim sum, quod si hæc exercitia ad culmen ac fastigium evehuntur, HIERONYMI PHALETI Sanonensis sit reducendum encomium;

*Musica turbatas animas egrumque dolorem  
Sola levat, merito Divinaque hoinumque voluptas:  
Qua sine nil jucundum animis, nec amabile quicquam  
Ad cuius numeros superi vertuntur, & orbis  
Et calo radiant ignes, quibus emicat ingens:  
Signifer & leges prescriptaque tempora servant:  
Hec Phœbius, Phœbique soror duce & aurea cali  
Astra suos agitans, constanti fædere motus,*

## SECTIO. II.

### De MUSICA SACRA V. TESTAMENTI.

#### f. I.

**I**MAGINEM bonam, meliorem ac optimam habemus, eo quidem respectu, quo exemplar suum accuratius & magis complete refert; Quid vero aliud de sermone & vocibus afferendum nobis erit? Nonne voces *imagines* sunt rerum? Quando igitur sunt convenientissimæ rebus & ipsam naturam rerum sic exprimunt, ac ad delineandam naturam earundem congregiuntur & exactissime conspirant, tunc laudem etiam suam merentur, eademque privati non possunt: Quisquis ergo *linguam HEBRÆAM* primis parentibus communicatam, merito suo æstimaverit, firmiter persuasus, quod hæc quidem lingua à *sapientissimo CREATORE* sit formata, cui rerum cum verbis convenientia non potuit non esse cogniti.

cognitissima. vid. *BORRICHIIUS*, l. c. p. 4. & f. Is non poterit non assensum tribuere illi veritati, quod *voce*s & *verba* sunt capacissimum medium exprimendi meditata & communicandi illa, quæ hactenus in penetralibus cordis abscondimus, & cum ipse *modus loquendi* eo unice tendat, hinc & de *modulatione MUSICÆ* id denuo præsupponendum ac acrius urgendum est, quod eadem non adeo qualitercunque comiteatur effata, sed potius admiranda sua variatione per tonos, sognos & tot artificiosissima instrumenta, insimul eò dirigatur, ac connitur, ut rem communicandam, quantum id fieri poterit, exaltissime referat, affectuose propalet, nec acquiescat, donec hume suam legitimas & ipsi natura insitis efficacissimis modis ac viribus, introducerit, explanaveritque.

§. II. Eruditissimus DN. M. HERM. TARNOVIUS, veluti egregia multa aut excoluit, ubi maturitatem suam noadum obtinuerant, aut ipse, non quidem adeq invenit, quam, ut ad originem reduceret magis, quo sic dulcius ex ipso fonte hauiretur aqua, in *Diss. philog. de RHYTHMO HEBRAEO-BIBLICO*, sive *NUMERO ORATORIO*. genuina sahaque omnia sparsit, quæ ad ipsam nostram Musicam facile non modo sed & prolixissimo usu applicari possunt atque debent. Postquam igitur in *Pref.* monuerat, quod quidem *Oratores* celebritatem magnam prædicaverint rythmi, quam tamen aut non fuerint serio consecrati, aut non sic assecuti, ut veri quid certive quiverint perhibere; justæ ceasuræ subjicit *MELANCHTONEM*, qui ad *stalitiam* retulit, numerum *Oratorium* præcipere & in tradenda pedum collocazione oleum & operam perdi judicaverit, ex *Bucoldiano*, *KIRCHMEIERUM* itidem admittere non vult, qui operosa investigatione accurataque conquisitione ac dilectu, ne quidom *certam* propter varietatem teneri posse rationem, nec etiam nimirum tale studium *nos decere* opinatus est; ubi tamen ipsi eundem conservatum voluerint, inscii canorum procedendi. Hac & occasione ex *KIRCHMEIERO* turbatorem illum maximum *GODOFR. ARNOLDUM* arguit, qui numerum compositionis neglectum, in *vera primotum Christianorum imagine locum omnem invenisse nugatus est; & è contra de sacro Codice id asseverat, omni* nisu, quod Ejus *Oratio* nunquam sit *infinita & moderato termino carens*, sed in ratione dicendi hebraica utique sit observata numerosa *compositio orationis, & quod regulæ grammaticales & hujus rei causa*

multum quidem tentaverint, sed tamen ipsum nervum incidere non valuerint, ut peculiariter Rabbinis non sit fidendum, utpote quos in accentuationis indagatione longe antecellant Christiani.

§. III. Sectione sic prima; dum discusserat multa memorabilia, qua numerum Oratorium abs Autoribus venditatum, peculiariter monstrat, quomodo præcipua materia per magnificos aut extraordinarios accentus, interdum & per peculiarem syllabæ junctoram conformetur ad verba aut præcedentia aut subsequentia, ut auditori vel lectori Oratoris vel scriptoris sensus pateat inoffensus, proindeque de Accentibus agere incipit, & monstrat, quod non adeo ad modulationem Musicanam, etiamsi illa non excludatur, respiciendum sit, sed sensum primo in iis potius respiciendum esse. Quæ eadem copiosius explanat Sect. 2. & ejusdem Subsectione tam 1. quam 11da. Quorsum ut ablegemus curiosos quosque, multa nos adigit ratio ac plenior usus. Inprimis vero lubenter volumus, ut & illa, Ereditissimi hujus Viri Diff. phil. quam scripsit de Inscriptionibus sacris seu Poësi Biblica, penitus inspiciatur, ubi docuit, quod inscriptiones sacrae sint Oratio vocum quantitatè ligata, qua consistit in concientia membrorum, sensui, ope notarum s. accentuum aptata, ut lector suavitate illius affectus rem facilius memoria teneat. Exinde enim MUSICAM sacram nunc definimus, quod puta talis sit modulatio sonorum ac sonorum, qua res sacra & ad cultum divinum persequendum ac promovendum communicate exactissima concientia, ope lingue, aut instrumentorum musicorum, si coaptantur, ut Auditor gravitate ac suavitate earundem affectus, qua conscientiam suam stringenter adeo moveatur, ut ad veritatem earundem caratisime, advigilet, indeque efficaciam earundem divinam sollicitè ac solertissime acquirat, & applicationem earundem religiosam tam in se, quam in aliis experientur ac solvere presumat. Hæc namque intentio fuit omnipotentis Creatoris, ut veritates ipsius revelatae ac propagatae ad animum hominum omnium felicissime transirent & id efficerent, cuius rei causa desuper sunt communicatae. conf. Ef. LV. v. 10.

§. IV. Prò certo igitur & firmo non tantum habeo, quod MUSICÆ ab antiquissimis temporibus fuerit notissima; Sed & de Musica vocali in specie convincor, quod eadem post lapsum in Ecclesia DEI statim obtinuerit, frigide etenim concluderetur: Quicquid Moses Georgerius haud memoravit, aut expressis de hac Ecclesia verbis ab aliis relatum est, illud nec factum est nec contigit. Verius autem valeret

ret hæc consequentia: Quicquid ipsa natura docet & exemplis in sacro Codice aliquo demum tempore reboratum est, illud potuit antea ibidem contingere, & usum suum habere: Quemadmodum ergo inficiabitur nemo, quod Protoplæstæ peccatores palliaturi peccata, sermonem fuderint ipsi hinc rei conformem & quod de MESSIA instructi ac semine mulieris jam dotati, deßpredicaverint has admirabiles vias restitutio-  
nis sua, ut sermone exactius moderato, coeleste hoc beneficium laudibus ac gratibus suis exprimerent: Ita cum præcipue injunxerit PAULUS, ut cum convenient, Psalmum habeant, doctrinam habeant,  
linguam haboant, revelationem habeant, interpretationem habeant, ut o-  
mnina ad adificationem frant. i. Cor. XIV. v. 26 & Ephesii etiam impe-  
taverit, ut loquantur fibimetipſis psalmis & hymnis & cantis spiritualibus,  
canentes & psallentes in corde ipsorum Domino & gratias agentes semper  
pro omnibus in nomine Domini nostri JESU Christi DEO & Patri Eph. V,  
19. f.; Hinc alia etiam præsumi non possunt de Ecclesia Patriarchali:  
Quod adhuc magis confirmatur, quia in Cultu Levitico, ut mox  
audiemus, speciale MILLENIUS MUSICÆ constitutum & ea propter  
quidem, cum sermo nullus, ad rationem & prudentiam prolatus,  
sua modulatione careat, negarique non possit, quod & ipsorum effe-  
ctuum temperatura conspiret in modulationes & sonos atque tonos  
variè expressos, hinc & sine ulla hæsitatione id asserendum est, in  
Ecclesia sc. Patriarchali ipsam Musicam vocalem obtinuisse: Quam-  
vis & fateantur omnes, quod fugiat nos canæ illius antiquitatis mo-  
dus, quo in sonos ac tonos lati sunt, vid. MICH PRÆTORIUS.  
Tom. I. Syntagma Musici & ex URSINO, DIETERICO ac aliis. LUN-  
DIUS. in dem Levitischen Priestertum. Lib. IV. Cap. IV. pag. 745. sq.  
Quod tamen fuerit, omnes adseverant & vel ex eo ipso sic confir-  
matum est, ut probatione ulteriori non indigere videatur.

§. IV. De Musica Instrumentali, eaque vocali conjuncta, du-  
biū forte foret majus; etiamsi namque Gen. IV. v. 21. adduca-  
tur JUBAL, & adjiciatur, quod hic pater fuerit omnium tangentium  
citharam & organum; Exinde tamen neque ad Ecclesiam Protoplæsta-  
rum, quia hic modo Millenarii primi Secula 2. vixit, neque ad primam in-  
ventionem concludere proclivius possumus, quam celeri id etiam con-  
fensu approbatum sit LANGIO. in Hist. Eccles. V. T. p. 17. & DN. J. R. C.  
in Historia Antediluviana V. T. §. 139. ff. p. 67. f. Judiciosissimus namque  
REIMMANNUS in Historia Literaria Antediluviana p. 51. optime scripsit:  
Es ist eine gemeine Meinung unter denen Gelehrten, als wann der Jubal die-  
selbe

selbe solle erfunden haben, und bemühen sich dieselbe, diese ihre hypothesū aus dem Cap. IV. Genel. v. 21. zu behaupten. Wicht so weit ich diejenigen locum einsehen und begreissen kan, so ist derselbe nicht allerdings zureichend, dieses Vorgeben zu unterstützen, und den stritzenden Part theyen in ihrer Bejahung und Verneinunge gnugzahme Satisfaction zu geben. Denn so lauten die Worte in dem angezogenen Capitel und Versicul: Der Jubal ist gewesen ein Erfinder aller derjenigen, die da betasten die Kinnor und Ugab. Und da nun wollen wir setzen, daß durch diese beyde letztern Worte 2. Musicalische Instrumenta bedeutet werden, welches dennoch aber bis dato noch nicht völlig ausgemacht und sattsam erwiesen worden, so läßt sich doch aus diesem Zeugniß des Mosis nichts mehr schliessen, als daß der Jubal die Instrumental-Musique mit seiner Erfindungen vermehrte, und zu denen altbereit befandten noch 2. unbekannte Instrumenta hinzugethon. Dabingegen lässt es sich hieraus so wenig folgen, daß er auch die Vocal-Musique zum erstenmahl sollte auffgebracht haben, daß wir ihn nicht einmahl die Erfindung gesammten Instrumental-Musique zuschreiben können. Wer wollte dem Italiānischen Benedictiner-Mönch Guidonem Aretinum deswegen vor einen Erfinder der Musique ausgeben, weil er die Clavicymbala und Clavicordia erfunden? Und wer wollte den Jubal deshalb flugs die Invention der gesammten Musique zuschreiben, daß er den Gebrauch zweer neuen Instrumentorum entdecket.

S. VI. Quicquid igitur hujus rei causa firmius concludere volumus, id generatim nititur congrua ac probabili illa conclusio-ne ac medio termino: quia in cultu Levitico musica instrumentalis obtinuit; E. potius etiam obtinere in Ecclesia Patriarchali. Præterea etiam recte judicavit VOSSIUS. de natura & constitutione Poëseos. L. I. C. 3. p. 13. In eo scilicet *Cantica cum mundi incunabulis* ce-pisse nemo mihi pertinacius adversabitur, qui cogitet, quod in IV. Gen. Cap. legitur Cytharam & Organa esse reperta à JUBAL. Cujus ADAM ipse tristavus fuit, à quo etiam jubilandi verbum esse non temere suspicatur GENEBRARDUS: At cui verosimile sit, cum jamrum Musica fuerit, qua mannum indiger ministerio, non ante eam obtinuisse, que ore exercetur. Est enim hac simplicior ac prior natura: ut tempore etiam priorem esse cre-dibile sit. Sed quare non concludere etiam possemus: Quia PRO-TOPLASTÆ & PATRIARCHÆ. Sec. I. & II. jam in excolendis & augendis musicalibus instrumentis operam suam navaverunt;

E. id

E id factum est ad instrumentum ipsum natura, quæ cum mundi incubabilius musicam vocalem instruxit; & juxta rem ac causam proferendorum modulationem sermonis, consequenter & tonorum ac sonorum moderavit & dispositus: Fabula LUCRETII, acsi primi homines modulationem abs avibus didicerint, superius jamdum est explosa; quamvis REIMMANNUS eandem adhuc l. c. p. 42. reduxerit. Tutius autem cum REIMMANNO concludamus: Es ist auch gar glaublich, daß die Patriarchen erstlich bey ihren heiligen und hernach auch bey den öffentlichen Gottes-Dienste werden Psalmen und Loblieder gesungen haben. Und gleichwie dieses alles im Anfange zweifels ohne gar schlecht, einsättig und ungernstelt gewesen ist, so kan es wol seyn, daß die Musique in denen nachfolgenden Zeiten einen grossen Wachsthum überkommen, und daß des Jubal in der Musica instrumental, der Mahaleel aber in der vocali excellens, weil es doch von den hebraischen Wurzel-Wort בָּנִי den Nahmen überkommen, und also Kraft dieser Benennung ein Lobsinger des HErrn gewesen ist.

*f. VII.* Plura de Musica antediluviana exhibere non possum, quod vero ad interstitium illud temporis attinet, quod reliquas Patriarcharum ætates usque ad cultum Leviticum interfuxit; tunc Musicam tam vocalem quam instrumentalem obtinuisse, quantum opinor, assatim constat ex LABANIS verbis: *Quare occulte egisti fugiendo & furatus es me? dum non indicasti mibi, ut dimitterem te cum gaudio & canticis, cum tympano & cythara.* Gen. XXXI, vi. 27. Nondum prolixus hic ero in describendis Canticis, Tympano ac Cythara, interiu<sup>m</sup> hoe certum est, quod cantiones & tympana simul adhibita consueta fuerint in diebus festis & feriis celebrioribus. vid. Erod. XV, 20. *t. Sam. XLIX, 7. Jer. XXXI, 3.* Sed brevibus modo exponam, quis fuerit sensus CLERICO? Ea, inquit, tympana minora erant atque ex altera tantum parte, quandoque etiam utraque clausa, qualia sunt que tambours de Basque à Gallis vocantur. Iis saltando nebantur formant, talia in veteribus cernuntur sculpturis, ut in Achaea, quem fronti PERSII sui proposuit JS. CASAUBONUS & de quo JOS. SCALIGER. in Opusculis p. 575. solebant Gracius Bacchi & Matris DEI Orgii tympanis ejusmodi uis, eorumque inventionem ad auctoritatem nūmen referebant: Ac sane eorum cultus ex Oriente in Graciam venerat, unde factum, ut Orientalibus usitatisima tympana veriusque sacris adhiberentur. Roma etiam ex Syria mulieres, qua hec pulsarent, petebant, ut Syriacum fuisse instrumentum vel hinc noris. Et post pauca: Cythara ex JOSEPHO est decem chordis

chordis aperte & pulsatur plastro. *Frequentissimus* etiam cum hodie est in Oriente cythararum usus, carmineque adiutorium generum, de quibus vid. P. BELENIUM. Observ. L. 3. C. 48. Et Nos. ad Cap. IV. 7.

§. LXI Quod interim Musica tam vocalis quam instrumentalis tunc etiam tuerit abusus, id clare satis ex Sacro Codice demonstrari potest: Cum DN. BEDFORD. libro cit. p. 5. facere equidem non possum, quando *Mosces intentionem* ad *CAINI posterorum* referre voluit, eodemque primos ejusdem inventores habuit, quod vel ex eis patens persuasus est, quia *Arabi* *cantabrici* adhuc *Cainas* appellare soleant: Interea ex Libro *JOBI* Cap. XXX. 9. satis constat, quod in *abusum* cesserit ipsa Musica; conqueritur etenim ex-cruciatus ille Princeps: *Et anno C. ADIUTICUM eorum sum & factus sum illis in dilectione*; ubi etenim perhibet de Iamericis suis, quod *canticum fecerit*, de fatis suis & instrumentis tausicis illud cecin-  
tint. conf. Ps. LXIX, 13. Thren. III, 14. atque sic in manus & ora infantum ceciderit, ad *comploracionem* *miserorum* & *fibrationem* *irrisio-*  
*nemque*. Unde satis apparet, quod mali homines Musicam in de-  
terioris verterint, eademque usi sint ad *superbum* *innocuum*, quer-  
sum & referri potest egregia correctio, quod puta tales, contem-  
ptores non dicant: ubi est DEUS, *dans cantica in nocte?* ut puta a-  
gnoscerent *beneficia DEI*, qui in sanitate & prosperitate conserva-  
verit eosdem, ut tranquillam ac pacatam quietem experirentur,  
indeque etiam occasionem caperent canendi & celebrandi custo-  
stiam atque tutelam summi nostri Miseratoris, qui die simul ac no-  
ste umbonis instar est, quorsum citra dubium alludit DAVID Ps.  
IV, 5. excitans: *Commoveamini & no peccate: loquimini cum corde vo-*  
*stro super cubili vestro: & acquiescite, Selu.* - Cujus & exemplum in  
semetipso declarat Ps. XLII. 9. exclamans: *Interdum praecepit JEHO-*  
*VA misericordie sua & nocte canticorum ejus mecum est: Preses mea finis*  
*DEO vita mea*. conf. Ps. LXXVII. 7. Vid. plura apud *Commentatores*  
in Jobum, MERCERUM, COCCEJUM, PISCATOREM &  
SCHMIDIUM: ubi paraphrasis KORTHILLI non male formata,  
& sequens est: *Denn obwohl Gott sich ihnen nicht unbeweuget lässt,*  
*ihnen viel gutes thut, und sie vor so mancher Gefahr behütet, daß Sie*  
*auch in der schreckhaftesten Nacht froh seyn und sicher schlaffen können:*  
*Aber das auch Sie vor allen Ängsten erhobet, und mit Kraften des Be-  
standes begabt sind: So fragen Sie doch nichts darnach, daß Sie ihn*  
*suchen,*

sachen, fühlen und finden, ja aus der Erkenntnis seiner Wunder ihn in Demuth preisen und fürchten mögten. Cui submittimus clausulam Schrödianam: *Qui nos tam elementer custodit & regis per vitam nostram, ut etiam nocte possimus esse lati & canore media.* Nottis enim meminit, non exclusive, sed tanquam temporis, quo omnis generis malis magis suus innoxii & tamen a DEO custodiuntur. Ex quo sensu multa habere possumus: multo enim magis interdictum nobis cantique. In ipsis etiam armonia non deserit nos &c. Nescio, annon etiam alludatur ad morem aliquem magnatum, qui nocte Musica & canto delectabantur. De magnisbus omnibus hic omnino sermo adhuc est: ut supra diximus.

§. IX. Plura non sunt quæ ad hoc interstitium pertinent, & in sacris & profanis revelata sunt. Postquam autem DEO placuit, ut inter posteros JACOBI seu Israëlis ex Egypto eductos MILLENARII TERTII Sæculo V. THEARCHIAM instituezet, eandemque usque ad REGES peculiariter constitutos extenderet, tunc etiam de Musica ipsa peculiaris quedam obvenierunt, & in specie de MUSICA sacraria V. s. Testamensi copiosius aliqua descripta & communicata regimus. Ita quidem Exod. XL. l. scribitur: Tunc cecinisse MOSES fratris Israël sanctum hoc JEHOVÆ, & v. 20. additur: Sum. p. MIRJAM prophætissa, foror AARONIS, tympanum in manum suam, exanimaque omnes mulieres post eam cum tympanis & choris. Qua quidem ratione de Musica tam vocali quam instrumentalis aliquid prohibitus esse roperis. Quemadmodum enim MOSES & filii Israël cecinerunt hoc, canticum Jehovah; Ita & in laudes divinas excitandi ora cordaque hominum, illustre exemplum reliquerunt. Et veluti hi stupendum miraculum. Exodi XIV. toto descriptum, Musica sua celebraverunt; Ita quoque non modo congruum, sed & DEO gratum & necessarium est, si sanctis Odis, Musica scite instruatis, celebrationem summi nostri Miseratoris intendimus & exsequimur, agitatem nostram intensissimam ea ipso declaraturi. Neque enim MOSES autor fuit hujus cantici Exodeus, sed & docuit hoc apicum Seniores Israëlis, & his postea adjutus, omnes Israëlis myriades: uti MIRJAM educta a fratre MOSCE idem docuit famam, curaque id docebat esset. Ita Israëlis universitas, primo omnium in desertu Marimis Aaricie publice decantatum est ab omnibus myriadibus Israëlis hoc gloriosum Cantum, præcincte in choro virorum MOSE; in choro mulierum, Prophetissa MIRJAME: F duos

Duos enim choros representatos fuisse, unum virorum, una vox intonantium: alterum, feminarum respondentium, & alternantium, & vox ענה seu יתנו, & pronomen וְל v. 23. & mutatum illud מִתְשָׁנָה in מִתְשָׁנָה satis evincunt neque vero vocali saltem: sed & instrumentali symphonia id est decantatum, unde expresse tympani sit mentis, quod id pre coeteris instrumentis musicalis ad numeros decoros & measuram sit aptissimum: ad arietem enim, in festivitatibus, puellas alternis cecinisse, & choros duxisse, ac saltavisse, una præcincte, alias responduisse constat. vid. VARENII Liber Schmor. pag. 242. f. Non equidem possum consentire BURMANNO, qui in den Biblischen Werken? p. 206. n. scripsit: Dies ist die erste Musique; und dies sind die ersten musicalischen Instrumenten, davon man in der Schrift lesen. Ex superioribus etenim contrarium constat; Interca tamen facile consentimus ad p. 207. a. das dieses Lied von dem H. Geist vorgestellt, als das älteste Vorbild und Formal aller prophetischen Lieder der Heil. Schrift, unter dem Titul des Lieds Moses, des Knechtes Gottes, Apoc. XV, v. 3. auff welches Lied in dem CXIX. Ps. und Eccl. XII. geziellet wird. - So das Lied Moys wird vereinigt mit dem Lied des Laures, welches von denen gesungen ward, die das Schiefer überwunden, Apoc. XV, z. 3. und es ist also Moses der Schiefer des Propheten, Ebr. HI. v. 5. &c. consi. LUCIUS. in Apocat. ad cap. AP. 3. f. X. Facile de' coetero cavebitus sic opinionem RICHERI, qui Oedip. Egyp. Tom. I. p. 297. "judeos abs Egypcio didicisse Musicam arbitratur. Pluta namque exempla in fabulis sacris referuntur e. g. Deut. XXXII, i. Sam. II. Judi. V. Neque extat exemplum, quo probari possit, genuinum Musicos usum ante tempora DAVIDIS exspiravisse. Interca quod & abusu quoq[ue]iam Musica sit exercita, tragicum illud exemplum Exod. XXXII. v. 6. monet, ubi legitur: Cumque sedisset populus ad edendis & bibendis, surrexerant ad LUDENDUM. ibi etenim mos in diebus festis conlectus, nec à DEO prohibitus aut eidem ingratus, quod similes febris saltare solebant. vid. 2. Sam. VI, 16: & 1. Paralipomenon XVII. 29. in antecedaneis temporibus pessimus exhibetur, & quemadmodum inter hos lusus & saltationes non defuerunt tympana & musica instrumentalis; Ita quoque, quod vetito DEO que offendit modis fecerit omnia, indignatio divina super populum trevit; ut 3000 virorum ceciderint illa ipsa die, v. 6. SPENCERUS quidem occasio-

re verborum STEPHANI, quae A.D. VII. i. 41. leguntur: *Lata sunt  
quibus manuibus suarum. colligere vult, quod ex radice PFK haud  
obstante colligatur, - Israëlitæ ex hoc festo idolatrio, fornicatione se  
concaminasse, quia hæc vox ex LTR. A. ludentem, idololatram, co-  
cuntem aut lascivientem significet, & hunc in finem adducit  
verba Malieris ROTIPHARAS, quæ pudicitias suas attentatæ JOSE-  
PHUM incusatura dicit. Vnde ad me ferens hebreus, quem adduxisti  
sobis, tu illud mihi nisi. tu ergo ut mihi pudicitias latae degdecus & oppro-  
brium inferat; sicut & HANNA probatura, se ab omni pollutione  
venerea purata esse, dixerit; *Nunquam cum hydantibus miscui me, h. e.  
lascivis & in omnem libidinem solutis; & tandem ne hæc exposi-  
tio aliquid coacti habeat, ex alio loco pando clariori fidem jam dictis  
petit, nempe Num. XXV. 2. 3. ubi Israëlitæ sacrificia PEORI immola-  
ta participaront & impuram Venerem cum filiabus Moabiticis  
exercuerunt. Verum ea omnia me nondum commovent, ut ad  
maliciam talis inclinem & affricem illam populo, qui adhuc en-  
raret vni Numinis, mediis quidem illegitimis intendit, nec propter  
laetationes, sed solum propter idolatriam punitus est.**

S. XL. Dum sacrum Codicem persequor, prima nunc vice  
diuinam & celestem Musican inveni Exod. XIX. v. 16., ubi legitur:  
*Fulgura vero est in die terribilis, cum factum esset maxima, ut essent voces &  
fulgura; & nubes gravis super monte: Itemque vox BUCCINÆ valde  
potentis ac expidens populus, qui in casulis erat; Cujus rei memini-  
nit, & opposita ejus recenset PAULUS. Ebr. XII, 18. c. edisse-  
rens: Non accessitis ad contractabilem montem & accensum ignem &  
caliginem & tempestram & procillam & tuba sonitum & vocem verborum,  
quam qui adiverunt, deprecari sunt, ut non adderetur sibi verbum.  
Certum itaque est per ipsum textum, quod audita sint fulgura &  
tonitrua & quidem accedentes usq[ue] BUCCINÆ valde reverenter &  
quæ successive angebatyr. Non equidem presumi licet, quod  
TUBA talis fuerit in monte: Interea hic Musica quandam Instru-  
mentalem auditam suisce nemo negaverit, etiamsi forte modum  
nos satis assequatur, & hæc quidem inde venit indisputabilis as-  
sumptio, quod, si Deus ipse lagem suam publicatam voluerit vox  
TUBÆ, atque si BURMANNO fidendum, damit das Volk der  
Stämme Göttes allgemein mit geringer Furcht gewohnen mögte,  
tunc nec displicerit eidem talis modulandi modus. Cujus vero*

materiæ ac naturæ fuerit; id ex contextu dijudicandum est. Communiter intelligitur TUBA cornu, cuius clangor clare in æstern expanditur & diffunditur, formatus cum impressione spiritus & manuum, ut ex verbo γραμμή adjuncto apparet & forsan à vocis pulchritudine & perspicuitate dicitur, ut Galli Claires vocare solent. Instrumentum itaque incutientiunt & eorum, quod rotunditate est præparatum ad formam spirarum, in cibulos & revolutiones non in se recurrentes coactum. vid. ROBERTSONIUS. in Thesauro Lingua sancta. p. 1276. & tale instrumentum Lév. XXV. exhibitum est in anno dimissionis septimo, v. namque 9. legitur: Trahere tunc facies buccinam vociferacionis in mense septimo. Apud CLERICUM multa leges de voce בָּרְבָּרָה p. 281. Nobis id vero sufficit, quod hoc instrumentum obtinuerit; DAVID etenim & omnis dominus Israëlis ascendere fecerunt arcam JEHOVÆ cum jubilo & cum sono buccina, ubi i. Chron. XV, 28. adduntur tuba, cymbala, nablia & cythara, ita etiam Job. XXXIX, 24. legitur de equo feroci: Cum impetu, & ira effodiet terram; & non credet, quod insufficientia buccina dicat Ego! quin de Ascensu MESSIAE vaticinaturtus DAVID. Psal. XLVII. 7. docet: Ascendit Deus cum clangore: Jehovia cum voce buccina. conf. & Ps. XXCI, 4. XCII, 6. CL, 3. Eodem instrumento terror incutiebatur Aegyptius. Et. XIIIX, 3, & Sion. Jer. IV, 5. conf. Hos. V, 3. ff. IX, 1. Joel. II, 1, &c. &c.

§. XII. Tabernaculo erecto & secundo Paschate celebrato, numeratis etiam Levitis & ad officium consecratis, DEus, quoad Instrumenta Musica augmenta quadam addidit. Imperat etenim Mosi Num. X, 2: Fac tibi duas tubas argenti: opus continent facies illas: ne sint tibi pro convocatione concionis, & pro profectione castrorum. Quando clangent illis, congregabuntur ad te universa concio ad ostium tentoris conveniens, Quando vero una tantum clangent, congregabuntur ad TE Principes, Capita millium ISRAELIS. Nomen hic occurrens בְּרִזְבּוֹן volunt à sono conciso dictum, sicut Tarantara nostratisibus. Notans & tubam hanc argenteam esse, & JOSEPHUS. Antiqu. Libr. III. Cap. XI. ad Num. X. ita scribit: Invenit autem & buccina speciem ex argento facta talem. Canna erat tibia paulo crassior, longitudine paulo minus cubitali, cuius os tantum patet, quantum ad inflandum sufficeret, desinebatque in extremitatem campanula similem, quemadmodum tuba. Asofra vocatur hor genus apud Hebreos. Dnas tales fecit, quarum una plebs ad conditionem vocaba-

vocabantur, altera præcipes ad consultandum de republica exciebantur: utrisque vero clangentibus universus populus convocabatur. Quoties vero tabernacula monebantur, hic modus servabatur. Primo signo canente qui in orientali parte castrorum tandem bant, excitabantur: Secundo vero, qui ad dux tabernaculam tentoria sua fixerant: Deinde tabernaculum diffundente medium portabant inter sex tribus precedentes, & alias sex post sequences. Levita vero tabernaculum circumdabant. Ad tertium autem signum pars castrorum meridionalis movebatur, & ad quartum septentrionalis. His buccinis etiam ntebanter in sacrificiis, in quibus victimæ cedimmo est, tunc Sabbathus quam carceris diobus. Tunc etiam primum pœna solennitas ultimis est celebratum, ex eo tempore, quo in libertatem vindicari Egyptianorum dominationem effugerant. Addit his CLERICUS: Itas tubas videri ad Sanctuarium cecinisse, deinde ab aliis exceptas; aut clamoribus signum per castra delatum. Rationem addit: Neque enim duarum tubarum ejusmodi sonitus ad extrema castra pervenire potuisset. Castrorum, in quibus erant trecenta myriades vapissim, non erat exiguis ambitus: Nec tot hominum breve agmen per arcta ora præsertim loca transeuntium.

S. XII. LIGHTFOOTUS in *Ministrio Templi Hierosol.* Vol. I. p. 696. postquam notaverat, quod usus hujus instrumenti solis competeret SACERDOTIBUS, non vero Levitis; & adjecerat numerum tubarum non fuisse infra binarium ex Num. X., 2. nec supra centum & viginti ex 2. Paralip. V, 12. modum & subiicit, addens. Qui tubis canebant, erant SACERDOTES: Talis enim fuerat prima institutio. Sacerdotes filios Aaronis tubis usuros, Num. X., 8. i. Paralip. XV, 24. Nec cum hac parte sacri ministerii fungebantur, Levites juncti erant in pluteis, vel ipsis proximi, sed ad alterum latum Altaris stabant, & tubis canebant, facie ad inferiora Atrii rohversa, ut Levita contra faciem ad superiora obversam habebant, sed ita ut utriusque respicerent Altare. Duo Sacerdotes stabant ad Mensam Adipis תְּלֵבֶת מִזְבֵּחַ, manus gerentes duas argenteas Tubas, ut ait Mischaatalmudica in l. c. in margine. Duorum metrinit Sacerdotum; quid erat minimus tubarum numerus, quo solerent uti: Si vero plures essent, stabant in eodem loco amplius occupantes spatium, scilicet in Occidentali latere graduum Altaris: Ibi enim, ut suo loco observatum est, collocata erat mensa Adipis.

Cantus tubæ primus erat unius tenoris & longus , deinde fractus & tremulus , tum iterum longus & uniformis sonitus . Hos sonitus iudei vocant תְּרוּעָה תְּרוּעָה קְרֻעָה , quod in compendiis scripturæ sic exprimunt : תְּרוּעָה וְתְּרוּעָה וְתְּרוּעָה . Sacerdotes juxta Mishnæ modo laudatam , תְּרוּעָה , canebat , fractum sonum edebant ; canebat ; liceat enim sic ea verba vertere , donec plenius ostendam , quid significant .

Sacerdotes nunquam tuba canebat , quin tres horce sonitus exprimerent , atque inde orta est disputatio , quæ aliquoties in Talmude occurrit : Quot circiter vicibus Tuba caneret quotidie ad altare . Sic habet generalis traditio פְּרוֹתִין עַל אֶזְרָחָה מֵאַת בְּמִקְרָשָׁה . Nunquam paucioribus vicibus canunt in sanctuario quam viginti una , nunquam pluribus quam una & quadraginta . Sed quidam rem ita exprimunt , Nunquam eos cecinisse minus quam septem vicibus , nunquam magis ; quam sexaginta . Ratio autem hujus discriminis , quod revera nullum est , haec est , quod alii habeant tres istos distinctos tubæ sonitus pro uno , & alii existimaverint , tres esse diversos .

Iudei exprimunt tres istos diversos sonitus , quos uno flatu edebant , hisce vocibus : תְּרוֹאָה בְּאַמְצָעָה וּפְשָׁטוֹתָה לְפִנְיָה Classicum in medio , (Anglica enim nostra verbo ḥorūtā , Num. X. 5. vertit an Alarū , VATABELUS vero vocem infractam ) atque ante & post sonitus uniformis : Quod Christiani Scriptores sape exprimunt voce Tarataneara , quamvis haec vox videatur fractum sonum ante & post collocare , in medio planum , contra ordinem descriptionis Iudeorum .

§. XIV. Opponi hic quidem solent dicta aliqua , quibus persuasi sunt multi , quod non SACERDOTES tantum , sed & Levites tubas adhibuerint & iisdem cœcinerint . Verum dummodo ipsi textus examini fideliter subjiciantur , nil dubit supererit & omnia erunt clara . Num. ctenim X. v. 8. 1. Chron. XVI. v. 24. 2. Chron. V. 12. VII. 6. XIII. 12. 14. XXIX. 26. Esdr. III. 10. Neh. XII. 35. & 41. Syr. L. 18. hoc officium Sacerdotibus privative vindicatur . Hinc & ex loco , 1. Chron. XVI. 42. quando legitur : Cum his vero , HEMANE & JEDUTHUNE , erant tubæ . non deduci potest , quod Levites tubas usurpaverint , sed quod potius cum Levitis fuerint Sacerdotes , hoc munere defungentes , id quod vers. 5. & 6. expressius significat .

significat per tubas. Postquam enim nubliorum, cythararum & cymbalorum intentio facta est, additur: Ad BENAJAH & JACHASIEL Sacerdotes cum tubis jugiter coram arca feederis DEI. Eadem ex Cap. XIII, 8. presumenda sunt; quamvis enim DAVID & omnis sacerdos Iudeorum coram DEO, ex omni robore: & quidem canticis & cytharis, & natiis & sympathis & cymbalis & BUCCINIS, tamen quoad hæc instrumenta sec. ordinem divinitus institutum dispensata sint, ut cuique suum maneret exercitium pro capacitatem ac officio suo, id in propatulo esse videtur. Quod & idem ad 1. Chron. XV, 28. observandum est. Nec difficultatem introducit locus 2. Reg. XI, 14. ubi exhibetur omnis populus latans & clangens tubis. conf. 2. Chron. XXII, 13. nam quod inauguratio hæc facta sit sub tubis, id negari non potest, interea tamen REX fecit juxta columnam pro more, & PRINCIPES atque TUBÆ apud Regem. h. e. fuerunt apud Regem non modo Principes populi sed & Sacerdotes, qui officium suum praefabant tubis, qua quidem ratione expressissime opponuntur populo terræ. Atque sic non populus omnis, sed illi soli hanc buccinationem executi sunt, ita quidem Cap. VI. Iosuæ v. 13. clarissime legitor: Septem autem Sacerdotes portantes septem buccinas jubilantium, ante arcam Iehova indecendentes eundo & clangerunt buccinis. quæ propter, etiam Sacerdotes signum fuerint cum populo, ordo tamen processionis & buccinationis etiam servari debuit, ut suum cuique, ut institutum erat, discretive conveniat.

¶ XV. Non opus est, ut prolixioribus de tempore buccinationis & loco aliqua commemorem, sufficit indicasse, quod ad arcam feederis & in templo postea sonus hic clangerit, quando Vellum aut Templo pars aporta, quod & idem contigit in Sabbatis, Neomenio & festis reliquis. vid. Num. X, 10. 2. Chron. XXIX, 26. Syr. L, 18. Alibi docetur, quod in sacrificiis Eucharisticis & mactatione agnorum paschalium buccinæ clangerint. Quod Hierosolymis buccina, & in aliisque civitatibus ac locis cornibus arietinis Sabbathum sit publicatum, & quod præterea in solennitatibus Eucharisticis, vid. 2. Chron. V, 12. seq. VII, 6. XV, 13. s. Esdr. III, 10; talis mos obtinuerit, quod in susceptis bellis usu venerit, Numb. X, 9. XXXI, 6. 2. Chron. XII, 12. 1. Maccab. V, 33. XVI, 8. id quod idem post obtemperant jam victoriam fecerint 2. Chron. XX, 28. 1. Maccab. IV, 13. VII, 43; quem morem vel ipsi gentiles imitati sint, 1. Maccab. VI, 33. c. 51

IX, 12. XV, 24. Qued & in miserimis fatis, ariditate, peste, ci-  
cadarum grassatione & desolatione urbium ac regionis id sit fa-  
ctum. 1. Maccab. IV, 38. ss. III, 54; quod dato calu in solenniori  
exultatione extra templum etiam clangerint, 1. Chron. XIV, 16.  
XVI, 24. ss. Neh. XII, 35; præcipue id demum adhuc adjecero,  
quod festum *NOKI ANNI POLITICI* exordium suum clangore  
tali sit fortitum, indeque festum buccinarum peculiariter sit dictum.  
vid. post LUNDIUM, LIGHTFOOTUM & alias GOODWINUS  
in *Mose & Aaron*, L. III. Cap. 7. p. 295. ss.

s. XVI. - Nimia tentarem, si plenam historiam persequer-  
er, & satis proinde fore arbitror; si modo, postquam hactenus  
de cornu arietino & buccina quadanteus egi, reliquorum musi-  
corum instrumentorum explicationem qualemcumque adjiciam.  
Cum proinde jamdum nominaverimus cytharam & organum, oca-  
sione locorum, Gen. IV, 21. & Cap. XXXI, 27, hinc de cytha-  
ra peculiaria adferam, veniam precatus, si forte non asscutus  
fuero, quæ causam totam absolvunt; in his talibus enim, ubi nec  
Scriptura nec Historia adjuvamur, hariolari magis decet quam  
decidere, neque ut jam vidimus, ad sententiam Rabbinorum satis  
tuto appellari potest.

ית' itaque *CYTHARA*, unanimi consensu Exegetarum, In-  
strumentum est musicum. Cognitionem habet eum יִתְבָּשׁ i. e.  
canali seu fistula, per quam aqua è tecto defluit cum strepitu quo-  
dam, ita namque cythara sonum edit & habet formam fistule seu  
canalis cavæ: Affinitate alludit ad גַּדְעֹן, cythara enim non multum  
dissimilis est cornibus seu tubæ cornutæ. Hanc invenisse JUBA-  
LEM jamdum vidimus; *Temporibus DAVIDIS*, quod interim obti-  
nuerit ex Pf. XXCI, 3. conf. Pl. LXIIIX, 36. abunde patet: Quod  
& exhibita sit in *Sacris & solennitatibus reliquis*, loca Scripturae af-  
fatim testantur. vid. 1. Sam. X, 5. 1. Reg. X, 12. 1. Chron. XV, 28.  
XXV, 1, 6. 2. Chron. V, 12. IX, 11. Pl. XXXIII, 2. XLII, 4.  
XLIX, 5. LXXI, 22. XCII, 4. XCIIIX, 5. CXLVII, 7. Quod & ab aliis  
ejusdem intervenierit, testantur loca Esa. V, 12; XXIII, 16; XXIV, 8. &c. Quod tandem nec justus ejusdem usus in privatis fuerit im-  
probatus Job. XXX, 31. significatur. Ejusque species. ISOD. L. III.  
Orig. Cap. 21. facit psalteria, tyras, barbyta, & alias quadrata forma  
nec non & trigona. Nonnulla eorum-schemata exhibuit PIGNO-  
RIUS

RIUS. tract. de servis, p. 86. conf. BULINGER. de theatro. Libr. 2.  
cap. 30: & ex iis FABER. in thesauro, ac Lexicographi plures, &  
addatur DN. ROBERTSON, ALBERTI, COCCEJUS &c.

§. XVII. Sequitur ὄργανον Organum. ROBERTSONIUS derivat idipsum à rad. ὄργανον, adanare & loqui amatoria, atque adjicit, hoc vocabulum in Targum dici ḥוֹרְגָּן additque PAGNINI Versionem, qui Carminem amatorium i. e. amatorium, seu cantionem amatoriam transferre voluit, cum alii carmen musicum generatim significare voluerint & pharimis tandem habitum sit amabile Musica instrumentum, ORGANUM puta, fistulis constans, cuius lumen voluppe affectus & amore. Ex quo nomine etenus denuo dispensaretur, quod instrumenta musica facta sunt in affectu movendis magnitudine propositam ad penetralia audientium deducendam; unde MERCERUS omne genus Organorum musicorum intelligere voluit, eo quod illa ipsa ad movendos animos & affectus ciendos, sedandos & temporandas faciant. Hinc & JOBUS voluptuosorum concitationes auguit; accallunt, inquit, sicut tympanum & cytharam & exultant vox et organi. Confusus in bono dies suos & Job. XXV, 12. dicit enim tympana & cytharas habent, latitiae magnitudine, vox & psorum exquias & superas etiam tympana & cytharas, non hæc instrumenta pro voce illorum audiantur tantumque vocem edunt, quantum est vox seu sensus organi. Vid. SCHMIDIUS. ad l. a. Interea, quodriga Sacris usus Organi sit præceptus, id manifestum est ex PL. CL, 4, ubi Sp. S. exigens divinum cultum, omniaq; musicorum instrumentorum genera referens, organum idem meminit, edque ipso etiam significare voluit, quod eidem non displicerit instrumentum hoc. Multis curis ac more ipsi sueto, copiosa eruditione, GIESBERT. VOETIUS. in Petricia Ecclesiastica. probare molitus est, quod ORGANA nostra nec ex Etymologia vocis, nec ex circumstantiis texnum possint excuspi, ut habeantur necessaria ac in Ecclesia toleranda. Verum tunc ipse concedit, quod ὄργανον sit instrumentum aliquod pneumaticum & vero formam revolutam mox ante sic descriperat, quod species corundem contingent ex causa efficiente venti seu status, in hydrantia, ubi aquæ: in flammula, ubi status humanus: in follica, ubi follæ, & in solaria, ubi radii solis aut motus lunaris ventum seu flatum carent; Hinc in hoc præsupposito subsisteret licebit, & Organum tale tibiis instructum amabile,

si vero rebus ipsi conformiter pullatum, utile & convenienter tole-  
randum, imo necessarium & ipsius. Sp. S. voto acceptatum, cre-  
dimus.

**S. XIIX.** Diximus equidem, de CORNU arietino: Sed non  
dum usum ejus in Sacris plenus dedimus. Hinc & hanc causam  
hic absolvemus. Certum igitur illud est, quod in ieiunis obti-  
nuerint hec instrumenta, I&EL enic llv. ii. & iij. Propheta exaltat:  
*Clangite tuba seu cornu arietino in Sizoma.* Sanctificatio ieiuniorum, pro-  
clamate cæssationem. Et in fidei religione non minus obtinuit, Chro.  
XV, 14, enies, postquam constitutum erat. Ut omnes, qui vocati  
erant Iehovam Deum Israëlin, accideretur. Aperte namque ad magnitudinem  
viro usque ad feminam, ieiuniorum Iebarium et magni, Et cum eis per se ieiunio  
enimque tubis & cum buccinis; Ubi sic conjunguntur tuba argentea &  
buccina arietinae. Eodem modo ita facta etiam tuba et consociabantur  
hæc instrumenta. Sacerdotes tamen hic iterum Tuber, Levita  
vero cornu arietina in templo exercuerint. Lev. XXII, 24, & que  
trahi debet excitatio Ps. XXXI, 4, facta, vid. GEHERUS ad loc. cit.  
& SCHINDLERUS in Lexico Pentaglotto, pag. 2917. principale vero  
GOODWINUS, l. c. p. 297. §. 4. & FUNDIUS Ad. p. 1623. Collegit  
reliqua omnia Celeberrimus BUXTORFFUS, in Lexico Chald. Talmud.  
& Rabbinico, p. 2504 ff. ubi scribit: *Ufus ejus multiplex omnis, ad corve-  
randum casum Ecclesie, ad indicandum festum, Sabbathum, Novembrem,  
Pascham & alia.* At his erat tuba posse inflare: felicitatis indicium, si  
bene senaret. Unde & DEUM ipsum ejus sono commissarium ferirent, ut de  
solio juris rigidioris, se in solium misericordia locaret. Et post pauca  
ex Talmudicis addit: Omnes tuba cornua regidiora sunt, excepto cornu  
vaccino --- in Gemara ratio redditur, quare ex cornu vaccino ani-  
tanino non fiat, nempe propter viciniam astrem, quem propter gravitatem  
penitus sunt. Etenim Accusator non sit Procurator sive defensor. Vitulus  
fuit accusator: Ex eo ergo non debet fieri tuba, quia non quales Procuratori  
Israëlitarum, causam ipsorum agens in arbitrio factitum est ieiunio. Ad.  
Addit & explicationem Ps. XLVII, 6. De Jehudæ filii Robbi Nach-  
manis; Qua hora DEUS (ut Index) refudet, ascendit in solium juris: Qua  
hora autem Israëlite accipiente subas suas, & clangunt cornua DEO, surgit  
de solio juris, & consider in solio misericordia, sicut scriptum est, cuicunque  
suba. Ps. XLVII, & implatur super eos misericordia, & misericordia eorum,  
& convertit super eos afflictum juris in affectum misericordia. Quando id  
fi?

*fit in mense septimo, & in sequentibus: Dixit DEUS sanctas Israelitis זְרוּעַנָּם שִׁירָת מַעֲשֵׂיךְ Si pulchra i.e. bona est  
seceritis opera vestra, Ego era vobis veluti tuba? Qualis est tuba? Intro-  
mitur ab una parte, & emittit ex altera parte. Sic ego surge a sede juris,  
& colloco me in sedem misericordia. Quando id? in mense Septimo.*

### S. XIX. Sequitur nunc ordine suo

*NABLUM, quod ex Lexicographorum & aliorum Exegetarum sententia, est instrumentum ligneum intus cavum, cuius usus est ad laudandum. Et sic semper jungitur cum reliquis instrumentis musicis. Læcma similitudinem habet & est instar urbis pleni fistulis aut calamis perforatis instrumentis, quibus egreditur dulcis sonus. JOSEPHUS. Lib. 7. Antiquit. Cap. X. p. 243. scribit: Nabla duodecim sonos continet, sed digitis carpit; unde vero DN. ROBERTSON præsumit, quod forsitan nostræ Chely seu testudini non fuerit dissimile & addit, quosdam fistulas utricularum interpretari. Apud Rabbinos non inultum laudis habet. ABEN ESRA tribuit eidem decem foramina, & Rabbi SALOMON adiit, quare vocatur nomen ejus Nebel? quia Mendebil finaliter facili omnia instrumenta musica. KIMCHI etiam ad Es. XXII, 24. memorat: Nablia diversa esse cum clavis & cordis & omnia tamen appellati nablia, quibus BUXTORFFIUS. l. c. p. 1289. addit, Decachordam, utriculum, tyram, psalterium etiam reddunt. In Aruch scribitur, esse utrem, utriculum, qua musicam exercent inflando, Cacopstess; Alii, scribit idem, lignum rotundum cuius nervis sive chordis hinc inde extensis. Es. V, 12. Ps. LXXI, 21. I. Sam. X, 5. Es. XXII, 24. Quicquid vero horum sit, mihi id fatis est, quod fuerit instrumentum musicum & quidem in Sacris adhibitum. Sic enim DAVID Ps. LXXXI, 22. professus est: Etsi ego confitebor tibi instrumento nubili, conf. I. Sam. V, 3. I. Reg. X, 12. I. Chron. XVI, 16. XVII, 5. XVI, 6. 2. Cib. IX, 11. XX, 28. XXIX, 25. Ps. XXXIII, 2. CXLIV, 9. &c. Quod & in abusum cesserit hoc instrumentum, illud ex Es. V, 12. Amos VI, 5. abunde patet. Cib. PRÆTORIUS. Tom. I. p. 110. & 375. ff.*

### S. XX. Succedit nunc potto

*TYMPANUM, quod instrumentum à sono, qui pulsatione divulgatur, nomen suum obtinuit; & quod adhibuerunt Israelites Pharaone submerso. Exod. XV, 2, quod idem & iam obtinuit tempore LABANIS. Gen. XXXI, 17. & Job. XVII, 6. XXI, 12. Idem instrumentum in usu fuit tempore JEPHTHE. Jud. XI, 34. Jer. XXXI, 4. temporē S. SAU.*

SAULIS, i. Sam. XIX, 16, tempore ACHASL, 3. et XXX, 52. tempore  
 reditus ex Babel. Ier. XXXI, 4. Quod & en. sacrae locum habuerunt  
 abunde probant dicta i. Sam. X, 5. 2. Sam. VI, 5. 1. Chren. XIV, 2.  
 Psal. LXXXI, 3. CXLIX, 3. CL, 4, quod & tandem in abusum cesse-  
 rit, Jes. V, 12. videbis; hinc & JUSTINUS. Libr. 30. Cap. 1. tympana  
 & tripudia luxuriae instrumenta vocavit. Instrumentum vero  
 ipsum erat ex una parte planum, membrana clavatum & angus tectum,  
 quod baculo pulsabatur, a quo tympanistria, tympana pulsans & tym-  
 panizo, tympana pulso. Hinc SUETONIUS de OCTAVIANO;  
 Et assensu maximo probavit versum in scena pronunciacione de Galla ma-  
 trixa DEum tympanizante: Videbas, ut Cygnus orbem digito temperet.  
 vid. PEROTTUS. c. 84. 28. s. & ea propter GEYERUS. ad Psal.  
 LXXXI. & v. 3. verba: Date tympana, commentatur. His verbis  
 alloquitur Psaltes veluti Leuitas, instrumentorum musicorum custodes,  
 ut expromere & apparare properant omnia, quae ad solemnitatem gaudium-  
 que facere quocunque modo possunt. Tympani vero membrana, quippe qua-  
 & ipso uti solent nonnulli populi in festis caribus que bilarumque publibus, quo-  
 modo Ps. LXIX, 26. dictum estiam fuit de peccatis tympana pulsabibit;  
 ad quod non incongrue observant aliqui, alii genibus aliis mores compe-  
 tere, quippe si nostro tempore idem ficerent virgines, quod olim tempore  
 Miriam, Exod. XV, 20. &c. putarentur esse Corybantes aut Bacche in ana.  
 Atque sic TACITUS quoque L, 5. Sacerdotes Iudeorum ibi tym-  
 panisque concinere sive usque refert. Sic de tympanis post ad ipsam victori-  
 riam Jud. XI, 34. i. Sam. XIX, 6, in convivis splenditionibus. Es. V,  
 12, in saltationibus ac choreis. Exod. XV, 20. Job. XL, 12. item, in  
 celebrandis DEI beneficiis, i. Sam. X, 5. 2. Sam. VI, 5. 1. Chren. XIII,  
 8. Ps. CXLIX, 5. & h. l. BUXTORFFIUS. in Lexico Chald. Talm. &  
 Rabb. p. 226. s. adducit אֲרוֹן tympani aut aliud instrumentum  
 musicum tympano simile, quod fuit tabula unius oris sensim tincta, ut  
 eius usus est in sacerdotiis vini & lacis conviviorum, quod חַבּוּרָה tambo<sup>ר</sup>  
 dicatur & duobus bacillis pulsatum, forte sonum, quod  
 que in bello VESPASIANI, decreto peculiari sic abrogatum, quia de re  
 copiosius videbis multa apud SURENHUSIUM. Legum Misericordia-  
 rum Libro de re maior: Parte 3. Opp. p. 304. s. nec minus meminit  
 BUXTORFFIUS. p. 2164. תְּרוּס בְּ צִבָּרָה, & per Tympanum  
 transtulit, referens eo loca Dan. III, 5. & Es. K, 12. & Eccles. II, 8.  
 Verum cum regie SANCTIUS observaverit, quod quae nunc ha-  
 beamus

beamus instrumenta longe ab illis figura & numerorum ratione differentia, hinc non possum ultra, quam ut commendem ad locum Co-helach GEIERUM, ad locum DAN. SCHWANINGIUM & ad ES. SCHMIDIUM aliosve Commentatores, conf. etiam §. 14. s. hujus Sect.

§. XXI. Sed nec dimittenda sunt

**צְלָצָלִים** vel **CYMBALA**, quæ ex JOSEPHO LIGHTFOTUS  
l. c. p. 697. & quidem translata tradit κύμβαλα, unde & definitionem addit, quod cymbala fuerint lata & magna instrumenta area. Relatum etiam est, quod duo instrumenta area fuerint, quæ se invicem per-entia seu collidentia sonum reddiderint. Bene GEIERUS re-jicit CAMPENSIS Versionem, qui ad Ps. CL, 5. redidit, in carat-an-taris sonoris & addit, quod cymbala rectius intelligentur, quia ni-mirum à צְלָצָלִים palpitavit, tinnivit (v. g. auris, 1. Sam. III, 11. 2. Reg. XXI, 13. Jer. XIX, 3) sicut צְלָצָלִים cymbala 2. Sam. VI, 5. & צְלָצָלִים tintinnabula, Neh. XII, 27. 1. Paralip. XV, 16, 19. XVI, 42. &c. Ea propter & soni ratione habita, potius per cymbala, quam tubas aut carantana reddenda opinatur, & cum ibidem צְלָצָלִים cymbala fosi audibilis dicantur, idem id esse statuis, ac cymbala sonora, sicut vox fleuis idem est ac flebilis, Ps. VI, 9. &c. Adjecit ex versione Moguntina, textum translatum esse: mit wohllautenden Cymbeln, & tandem ex SCALIGERO. Libr. 7. Eosend. Temp. dum computum ex-posuit Ethiopicum, notat, quod de Christianis istarum Ecclesiastarum reculerit, eos ex veteri instrumento cymbalis, cytharis & symphonii, Litur-giam adhuc hodie celebrare. Imo, cum in versu illo תְּרוּעָה reddide-rint (cymbalis clangentibus) absurdum non esse, si non tanquam sonum à cymbalis editum, sed iisdem potius adjunctum acci-peremus, videlicet de jubilis, qui edi solebant ab hominibus cymbala timire audiensibus, quorum refert priorem LUTHERI versionem mit Cymbeln im Jauchzen, ut simul Moguntinam adjiciat mit Freuden cymbeln. Eodem modo versio Catholica habet: Lobet ihn mit wohllautenden Cymbeln, lobet ihn mit Cymbeln zum Jauchzen. Loco quorum Iudaea sonat: Lobet ihn mit Schallmeyen: Lobe ihn mit schallendige Schallmeyen. & Belgica: Loofft hem met hell-klinctende Cymbalen: Loofft hem met Cymbalen van Vreudeene Geluyt. Quod vero in sacris exhibitum hoc sit Instrumentum, loca 1. Chron. XIV, 8. XVI, 19. & 28. XVII, 42. 2. Chron. V, 12, 13. XXIX, 25. Esar. III, 10, i abunde probant. Alias SAM. BOCHARTUS.

*Phalegi. Libr. 4. Cap. 2.* transtulit per fffrum; sed cum cymbalo confudit, quod corrigit tamen CLERICUS. ad 2. Sam. VI, 5, qui & de structura habet, quod constiterint *anæ* lamina in ovalem figuram flexa & utrimque transmissis bacillis anæs mobilibus ita tamen ut excidere non possent pertusa: adeo ut incusione instrumenti, quod membris geratur, bacilli huc illuc redentes sonum ederent.

§. XXII. Sed & memorandum aliquid est de

כָּרְוִישׁ עַזִּי Commentatores hoc nomen generale volunt instrumentorum à lignis abiuginis confectorum; Sed cum PISCATOR hanc etiam sententiam defendens, adjecerit: Deinde generi subjiciuntur species. Quibus tamen admissetur heterogenea, puta, fffra & cym bala, qua non ex ligno sed ex metallo aliquo fuisse: hic subnata est specialior opinio, quod puta separatum fuerit instrumentum. Et KIR CHERUS in *Musurgia universalis*. Tom. I. p. 52. Instrumentum peculiare inde formans, postquam monstraverat, quod alii hoc instrumentum considerint cum *Crotalis* seu tercis crepitaculis, quo utebantur mulieres Syrae; quæ Ambubaje dicebantur & gerimatis: eine Klapper dicitur; adjeceratque nonnullos idem facere cum instrumento rustico; vulgo vocato Gnacari: alios idem confundere cum fffro, ipse tamen cum Autore SCHILTE mavult, fusse lignum abie gnum simile mortariolo, quod pulsatum sit allo ligno; simili pistilli parvo, longo & rotundo, in cuius medio fuerit anambrum patrum & in duobus capitibus ejus eminenter nodi quidam quasi grandine guttati: Qui vero ea pulsarint, accepisse mortariolum in manu sinistra atque exquisitis duobus capitibus pistilli manu dextra alternatis pulsasse. Vid. PFESIS FERUS. in *Dub. vex. Cent. III. Lec. E. p. 645* s. ubi in tabula videtis omnes figuræ instrumentorum, quas DN. HAASE Juculentius expressit & in Editione BIBLIORUM Psalmis præmit. Si fides his habeatur, tunc in solo loco 2. Sam. VI, 5. subsistendum est, exinde autem id firmius consequetur, quod instrumentum fuerit non repudiatur, & in solennioribus foris ac saoris adhibitum.

§. XXIII. Sed & ratio habenda est instrumenti illius, quod

יְנֵבֶת נְבָנָה dicitur & per fffrum ab Exegesis & Grammaticis vertitur. Fuit vero id ipsum ut aliqui volunt, species ovalis & manus briata, in ora undique tintinnabula habens, à concavendo citra dubium dictum & gentilibus non incognitum, erat enim receptaculum extum, quod manu tintinabatur & quassabatur. vid. Lexicographi passim & conf.

conf. Bibliotheca Choisi per JEAN le CLERC. ad. 1708. Tom. XVI. p. 167. s. PEEIFFERUS. h.c. in Dub. Ver. p. 646. ex KIRCHERO refert, quod is ex AUTORE SCHILTE habeat id ipsum instrumentum, sc. tabulam quandam ligneam quadraram, in cuius capite manubrium fuerit apprehensioni aptum, supra Tabulam autem hinc inde fuisse globulos ligatos aut arcos carnos ferreas aut etiam supra tabulam extensa chara ex cassabi insertos, percutiisque rubato globulos illisq; rara inter se cum euna tabula sonum edidisse clarissimum ex remoto perceptibilem. Contingua etenim commotione pulla tinnitum edebat & ad motum & saltacionem homines commovebat, unde vel ipsa Organa erant, cum quibus se quis agitabat & saltabat. Quod interim CLERICUS cymbala ipsa intellexerit, illud ad locum 2. Sam. IV, 5. expressius significavit, scribens: Cum radix U. significat moveri, optime hoc nomen cymbolis convenit, que erant duo hemisphaeria concava, una aut argentea, que complodebantur sonitumque moxa illo & conficitu edebant. Capiose de illis ogenus in Additamentis ad H. Hammondum in I. Cor. XIII, L. vid. Et Jao. Sponii Miscell. erudise Antiquit. Scott. I. art. 6. Verum placet nobis subsistere in superiori adductis & separatum credere instrumentum à cymbalis ipsis. conf. GUSSETIUS. in Comment. ling. Ebraica. BURMANNUS peculiariter hic addit: das Wort, welches hier durch eine Schelle übersetzt wird, bezeichnet eigentlich ein besetztes Instrument von Ers oder Ensen mit Ringen, welches, wenn es mit einem schweren Stocklein geschlagen oder sonst bewegt ist, ein Geräut macht. Inter haec singula dum nihil determinare valeo, proposito tamen meo convenit, quod & tale instrumentum, qualis etiam fuerit ejusdem figura, in se tenetatis etiam sacris adhiberi foreverit.

#### ¶. XXIV. Supereft adhuc

**תְּבִיא** cujus quasi tono cor JEREMIAE super Moabum & vicos Kiriores turbabatur, conf. loca Jad. XXI, 21. 1. Reg. I, 40. Ps. LXXXVII, 7. Ef. XXX, 19. Citra dubium hoc instrumentum dictum est a perforando, quod pūta concavum & foraminosum fuerit, GUSSETIUS in Comment. p. 258. a. commentatur Significatio tripli, in verbo, & in **תְּבִיא** satis certa est, sed **תְּבִיא** fistulam esse non patet exemplarum circumstantiis, nec tamen iis repugnat, admittatur ergo cum nihil certius datur. Judici germanice reddunt eine Schalmeye, hoc est, tibia longa. Usus autem tibiarum apud Ebraeos duplex

erat

erat in *gandio* & in *luctu*, in *nuptiis*, & in *funeribus*. De duplo  
hoc usu explicat BUXTORFIUS locum *Math. XI*, 7. & de *luctu* in  
specie *Math. IX*, 23, ubi & expressius docet ex *Talmude*, quod  
usus tibiarum ad *lacrimam* fuerit in templo, ut in *Festa tabernaculo-*  
*rum* & in *Oblationibus*. Alias in sacris etiam obvenit nomen  
בְּקָרִים, quo ipso iterum perforata instrumenta intelliguntur, ut opus  
typanorum tuorum & fistularum tuorum in te, in die, quo crux &  
preparata sunt. *Ez. XXIX*, 13. Quæ Rabbini hic habent l. c. p. 138 apud  
BUXTORFFIUM videbis. Conspirat autem Exegesearum  
unanimis consensus in isto operosissima & artificiosissima instrumenta  
describi hic per duas species: quasi diceretur, & ψυλαφος & τριτο-  
πανα & seu quæ manus pulsantur & quæ inflantur parata fuisse. REGI  
Tyri, cum adhuc in mero formaretur, conf. POLUS. in *Synopsi Cri-*  
*ticorum* ad l. c. Tandem & reperitur נַבְּכָא אֲבֹב quo quidem  
organum seu instrumentum musicum Ecclesiæ sacræ potissimum de-  
stinatum intelligi decidit BUXTORFFIUS, ut sic aut respondeat  
hebraeo in locis *Job. XXI*, 12. *Gen. IV*, 21. *Ez. XXX*, 29. vel et-  
am hebraeo לְלִיל in locis *Job. XXX*, 31. *Jer. XELIX*, 36. *Ez. XXXIII*,  
92. *Pf. CL*, 4. Ubi & inter tibicem & fistulam distinxit ut fistula  
aut fuerit area aut ex calamo. Celeberrimus Vratislavensis Theo-  
logus. DN. CASPAR NEUMANNUS. in *Nova Methodo Hebraica De-*  
*ivationis* p. 95 ff., ex hypothesi sua hic multa adjecit & radicem  
significatum fructificandi inferre BUXTORFIUM afferere de-  
monstrat, tunc vero adjicit: Verum quid siet Derivatio illis fistu-  
larum, Tibiarum, Canarium, Fundibularumque plenis. Durum erat  
hæc derivare à radice, fructificandi significatum gerente. Durum quo-  
que erit ad hebraorum נַבְּכָא eadem referre, siquidem lingua-  
rum harmoniam ostendere volueris. En igitur harmoniam per  
nostras Hypotheses puriorem Veritatique iuxta restitutam. Datur  
in hebraismo radix נַבְּכָא quæ est geminata ex נַבְּכָא charactere Cap.  
*IV*, l*su* 8. num. 3. (b) explicato, & de Vegetabilibus Emphasi fre-  
quentativa & augmentativa pro more Geminatorum, Motum Suc-  
ci germinantis, protuberantis ac undique partes suas protrudentis  
designans, perinde uti simplex נַבְּכָא quod vulgo Germinationem,  
Procreas, Virorem vertunt. Ad hanc igitur ex נַבְּכָא germinan-  
do ultimam Characteristicam factam radicem נַבְּכָא pertinent non  
modo ea, quæ de נַבְּכָא paulo ante diximus, sed & illa Chaldaeo-  
rum

rum radix אַכְבָּה quæ fructificandi s. fructum producendi Notam habet. Deinde vero datur etiam Character נִבְּה quæ Cavitas sive Concavitas oblonga Signum est, qualis in Tubis, Fistulis, Canali- bus & concavis similibus aliis esse solet. Restat de hoc chara- ctere in Sacris primo radix נִבְּה quæ vero non nisi Jud. V, 28. oc- currat & proprio notat sonum edere, quem solent Fistula vel Tubi concavi heulen oder. Hinc holen Laut mochen. vulgo vertitur ejus- sit. Sed in aliis Orientalium linguis jubilantium quoque esse so- let, quomodo apparet, præcidere vi Originis fuit radicem hanc & Gaudium & Dolorem, & affectum vociferantis alium quem- conque, id quod & agnoscisse videntur illi, qui per vociferatus est reddere solent. Deinde reperitur etiam נִבְּה radix aucta ab ini- per נִבְּה, quam cave confundas cum נִבְּה radice geminata ex נִבְּה, cuius mentio facta est supra Usq. 7. n. 2. b. 1. quæ hoc spectat radix ab AVENARIS redditur cavavit excavavit & tantum in Paul o- currit Hiob. XI, 12, ubi Homo vanus sed tamen inflatus, super- bus & disertus dicitur נִבְּה hoc est concavus vertente Ariamon- tam, quia instar Tubi vel fistulee cavæ vacuus est, nñ nisi ærem in se contineat multumque sonorus. In Chaldaismo vero adest נִבְּה quod Canal sive tubum concavum notat, qui ad parietes de- mittitar vel in terram defoditur & quia opus est ducitur ad reci- piendas Sordes humanas vel ad educandas aquas & Eluvias abo- meticas. Porro per ea, quæ supra Cap. Imo num. 43. diximus, dari etiam potest radix aucta ab initio per Aloph אַכְבָּה sed longe diversissima ab illa Radice Geminata, quæ ad characterem נִבְּה pen- tinet, per ultimæ Characteristicarum Geminationem orta. Et hac jam estradix in hebraismo restituenda, ad quam omnia illa de- rivata spectant in Chaldaismo pariter atque Arabismo adhuc reli- quæ, quibus Fistula, Tibie, Organa multis composita Fistulis, Bun- disibz & similis alias denominantur.

J. XXV. Exerceantur hic lingue Ebreæ Magistri quod ad meam nunc causam attinet, inde tamen clarum ac certum est, quod Musica Instrumenta in Sactis obtinuerint & propterea subji- cta adhuc demum, quæ LIGTHFOOTUS habet l. c. p. 697. 4. Se- cundum flatile instrumentum, inquit, הַלְּלָה Chalil vel נִבְּה Abba fistula, Litues vel quodpiam simile instrumentum, de quo non multum laborarim. Judæi in hac historia ita illud aliquatenus

describunt : Rabbini nostri tradiderunt fuisse Abub vel Fistulam in San-  
ctuario (Glossa significat Abub & Chalil idem fuisse instrumentum)  
erat levis, tenuis, ex arundine & erat ibi à diebus usque Moysi. Rex  
jussit illam auro obtexi; Sed sum sonus ejus iam suavis ac antea non erat.  
At aureo tegmine ablato sonus aque suavis ac antea evanescit. Hac autem  
fistula, seu quocunque aliud instrumentum volueris, non can-  
ebant quotidie ad Altare, ut tuba & aliis instrumentis, quae memo-  
ravimus, sed duodecies in anno ea utebantur. Non erant pauci-  
res duabus Chalil vel Fistulis, ait Thalmudica traditio, nec plures erant  
duodecim. Duodecim autem anni diebus canebant fistula ad altare nemo  
cum immolabatur primum Pascha (vel Pascha in primo mense) & cum  
immolabatur secundum Pascha (secundo mense) primo die festo Iebedio-  
matis Paschalis, festo Pentecostes (Lev, XXIII, 21.) & octo diebus festi  
tabernaculaorum. Canebant autem fistula non ænea sed arundinea, quia  
suavis erat hujus sonus. Et unica tantum fistula Conveniens clausula con-  
fiabat, quia ejusmodi clausula est juvndissima. Nam unica fistula (ait  
Glossa) clausulam canebant, postquam relique desisterent : Eximis ex fuit  
melior methodus, quam si omnes fisiunt finiissent. Hec Musica τὰ Chalil  
adhibebatur tempore Oblationis ; ac Levita quidem canebant τὰ Hallo  
alta voce omnibus memoratis diebus duodecim : sed aliis diebus alia adhi-  
bebant instrumenta & ordinariam Musicam. Illa alia Instrumenta, qui-  
bus perpetua & quotidiana Musica constabat erant hæc tria  
נְבֵלָה, נְבֵלָה, Nebbel, Kinner & Tselsel. Si & quis distributiue  
legebat quid vellet de tibiis, tunc apud SURENHUSIUM. in Mischna  
P. I. p. 330. videbit: quis fuerit tibiarum usus in primitivis Jeru-  
salyma adducendis, quod puta tibia ante offerentes sonaverit usque  
dum pervenissent ad montem templi. Et Part. altera p. 273 docet  
quomodo in sacrificiis continuis, matutinis per septem dies  
festi tabernaculaorum in domo haustus gavisi sint in festo taber-  
naculaorum propter honorem aquæ, quæ inde hauriebatur ad effun-  
dendum & modulati sint tibiis & cytharis, & hæc lætitia non pepule-  
rit Sabbathum, neque diem festum. p. item 268. copiosius habebit,  
quomodo iudei buccinaverint, clanxerint & buccinaverint eò tempo-  
re, quo iudei impluerunt amphoras aquis ad libandum ex Siloah.  
& quæ vicibus repetitio buccinationis sit instituta; sicut & p. 74. po-  
tulariter tibiarum usum in lucis exhibuit. Parte tandem Vta p. 196.  
docet, quod tibiae fuerint dñi vel duodecim & eadem duodecim anni  
tempor-

temporibus sint auditæ, & quod in sacrificiis sint usurpatæ & propulerint Sabbathum, quod & sub finem una tibia aliquamdiu continuata sit post alteram.

§. XXVI. Neminem fugit, quod in Sacris secundum opinionem aliquot Exegetarum, *NABLUM* Dechachordii Ps. XXXIII, 2, seu decim chordarum exhiberi videatur, quamvis Ps. XCII, 4, expressius *Nablius* opponatur, unde etiam distincta hæc esse instrumenta GEIERUS. ad Ps. XXXIII, 2, opinatus est & explicationis causa locum Jer. XI, 19, aduxit. Interea cum accentuatio metrica exigat, ut *Rabbia gerascharum* habeat suum servum *Mercu*, & præterea *Nablium* & cithara habuerint utraque fides, hinc subsistit infirmitate *LUTHERI*, & adjicio illustrationis causa *LIGHTFOOTI Observationem* l. c. p. 697. b. Hæc, scribit, *observare possumus* (I.) **לְבָנָה** & **לְבָנָה** que anglica nostra translatio constanter vertit *Harp* & *Psalties*, fuisse fidibus constantia instrumenta, quaæ flatu non commovebantur. (H.) Quamvis fides in utroque instrumento esset, fuisse aliquid inter ea discriben: primo, quod alterum arcu seu plectro pulsaretur, ut nostræ *Viola* solent: Alterum vero digitis, ut *Pandura* & *Lira*: Secundo, quod *nose* seu toni alterius interpolationibus distinguerentur, alterius vero variis fidiculis; sic enim *psalmy* & *xogdei* intelligi & distingui debent: tertio, quod *Nablium* haberet duodecim chordas, queæ efficiebant duodecim variis tonos (ut in *Chavecymbalis* nostris toni non sunt interpolationibus; ut in *Lira*; sed unaquæque chorda est diversi toni.) Cinnymra vero haberet quidem decem chordas, sed toni variis fierent interpolationibus. Itaque juxta hanc *Josephi* descriptionem, si modo admittatur, transferam *Nebel* anglice *an Harp*, *Lyras*, quia variae chordæ suos varios tonos faciunt & pulsatur digitis, quæ in re cum *Harpis* nostris convenit. *Kinnor* assimilabo nostris *Violis*, queæ punctis distinctæ sunt; & pulsantur arcu seu plectro. transferamque *Violam*. Rabbi Juda dicit, *Kinnor* leactuarii habuit. septem chordas, sed diebus Messiae habebit deo; ut dicitur Magistro in *Sheminith*, vel in octava chôrda mundi futuri.

§. XXVII. Tandem cum in his singulis fide nitor Autorum, ut causam hanc finiam, ex *KIRCHERO* p. 48. & *PFEIFFERO* adjiciam, que prolatæ sunt de vocabulo:

**בְּגִינַת**. Statuunt igitur hanc vocem nomen generale esse.

omnium instrumentorum fidibus constantium & tactilium. Et sic quidem KIRCHERUS horum instrumentorum ψυλαφητῶν seu quæ manu aut plectro tanguntur, has constituit species. פָּנְבָּלְן Psal-terium seu Decachordium נַבְלִים Nablium צִבְהָרָם Cytharam, מַחְאֹלֶל Machol & מְכֻרָם Chelym. De רְנֵשׁוּן seu psalterio notat rem dubio non care-re. Aliquos enim velle non tam instrumentum musicum quam modum ex voce notari. JOSEPHUS ipso teste, XII. sonos psalterium habere tradit & digitis carpi: AUGUSTINUS ait manibus portari percipientis & ex superiori parte habere testudinem. Illud scilicet lignum concavum, cui chordæ innitentes resonant, sicuti cytharae habent infernæ. HIERONYMUS describit hoc Organon in modo quadrati clypei cum X. chordis. HILARIUS idem vult esse quod נַבְלִים seu Nablium, certum enim est. psalterium chordis instructum fuisse, & psallendi verbum significat Svida teste, sumis digitis chordas carpere. Quorū & facit illud OVIDII 3. de art: Disc etiam duplice genialia nablia palma. Verrere convenienter ductibus illa modis. Magna musicorum pars ipsi similitudinem Harpe nostratis tribuit, quam & passim ejus appingere imagini solent, triangulare forma, quam APOLLODORUS apud Athenaeum vocatum ait μάγαδις, ARISTOTELES τρίγωνον, SVIDAS Sambucam. Autor SCHILTE gibborum afferit Nebel instrumentum fuisse fidicinum, fidibusque 22. in tres Octavas fuisse diremum. Aor autem chordis 10. Kinnor 32. Machol 6. Minnim 3. aut 4. constitisse fidibus. Nebel instar trapezii fabricatum: Kinnor ad hodiernæ cytharae similitudinem: Machol ut Violam. & Minnim ut chelym. conf. PFEIFFER-RUS. in Dab. Vexatis. Centur. 3. loc. 50. p. 644. f. addatur BUXTORF-FIUS. p. 1298. & GUSSETIUS I. c. p. 495. Ubi tamen observatio nem sequentem reliquit: יְלִדְתָּה perpetuo quidem Musicam spectat; sed utrum sit generale, an ad instrumenta specialiter pertineat, vix disceras, nisi ex Ps. LXIX, 26. ubi opponitur cantoribus. Inde habes יְלִדְתָּה non esse canere, ergo uti instrumento. Interim ibidem opponitur tympani pulsationi. Denique nullum aliud ei instrumentum adjungitur, nisi מְלִתְנִים non נְבָלִים, nec נְבָלִים, itaque scimus, יְלִדְתָּה pertinere ad fides, V. ad. נְבָלִים imo ad gravioris toni fides. Ignarus est ergo plus illius verbi ad alia instrumenta & ad ea illud extendere, si inveniendate loqui veremur, non debemus. conf. GEIERUS. ad Ps. LXI, 1.

¶ XXIX. Sufficient hæc hactenus deducta, nam de aliquibus

quibus instrumentis, quodrum fecerunt mentionem Rabbini, quæ BUXTORFFIUS enumeravit & quadantenus explicuit, ea propter agere non possum, quia, ut jamdum vidimus, Rabbinorum fides non est satis firma. Interea scutum por נִגְנוּתָן intellexi instrumenta promiscua fidibus instructa, quæ fidibus constant atque sic tactilia sunt; ita & porro per נִגְנוּתָן forte omnium securissime intelliguntur instrumenta perforata, & consensum propterea habeo GEIERI, qui ad Ps. V, i. commentatus est: בְּחִילָה procul dubio instrumentum musicum veluti נִגְנוּתָן in simili inscriptione fuit adhibitum Ps. IV, i., & quidem pneumaticum illud fuisse censet Junius, derivans à rad. נִגְנוּתָן perforavit, unde etiam חַלֵּי tibia, pluribus notata foraminibus. Hinc itidem נִגְנוּתָן ex Ebrais definit ea instrumentorum genera, que tabulata sunt atque excavata, cujusmodi fuerunt Sacerdotum tubæ & Levitarum buccinæ. Quæ sententia cum probabilis sit, assensum sidem etiam præbemus, usque dum certiora monstrantur. Occurrit autem vox hæc tantum semel h. l. & cognata מִתְלָא in simili inscriptione Ps. LIII, i. conf. Ps. LXXXIX, i. R. Hay (apud Kimch) dicit fuisse instrumentum musicum, cuius vox similis est לְשׁוֹכְתָּן רְבּוּיָה safrro apum: Münsterus hoc putat esse lyram: Alludit vero R. Hay in Michlol Jephî ad מִתְלָא quod apud Rabbinos significat examen apum. Alii respiciunt utrumque ad sonum נִגְנוּתָן torrentis. Initium carminis, ad cuius numeros hic Psalmus decantandus, putat Aben Ezra. Quam in rem adscribimus Bocharti. L. 2. Cana: CXI. f. m. 818. Ut Ebrai libros nominant à prima voce v. g. Genesim, Breschith Exodum, Veelle Schmooth &c. Ita etiam cantiones: Quod in Psalmorum titulis passim videre est. Sic in titulo Ps. XXII alajeleth haschachar. Alii cantantur super Schochannim, h. e. litia &c. Tot canticorum initia ad quorū modos hi Psalmi erant decantandi, quod eur Viri undecimque docti raro superciliosè rejiciant, nullus capio. Cum gravitate & honestate Ecclesia, inquit, non convenit, ut adhibeatur ludicri & populares cantus. Sed neque necesse est, ut hi fuerint cantus ludicri, quin potuere bakers Iudei aliquot sacra Canticâ, ad quorū numeros & modos David partem Psalmorum composuerit. Huc usque Vir ille Eruditissimus: R. Sal. exponit exercitum seu costum, cum propter hostium copias is sit constructus: sic בְּחִילָה Ps. XXIX, 2. Sam. XXII, 2. Qui-dam super hæreditate vituli aurei Exod. XXII, 20. Num. XXXI, 20.

vel quia נִירָן possidebant DEum verum, qui DEus portio populi sui: vel super fluminibus, quæ dedit populo in deserto, vel de sanctuaris, quæ vocantur מְלֹאָן quod sicuti immundus è torrente ascendit mundus: ita è sanctuario: vel de hereditate cœli Veteris ex Midrasch. Quæ tamen omnia nimis remota & incerta.

**f. XXIX.** Paucula adhuc de נִירָן dicenda sunt, vid. Ps. lxx, 1. LXXXI, 1. LXXXIV, 1. de quo MAJUS. in *Animadversionibus & supplementis in Lexicon Job. Coccej* p. 617. se ad LEIGHIUM & GEYERUM refert. LEIGHIUS vero hæc habet: GITTHITH id est, vel istiusmodi instrumentum Musicum, quo utebatur Obed Edom Gittitha, vel hi Psalmi decantabantur in hodiorem & laudem DEI Haggittith tempore vindemia, cum uvae exprimebantur. Chaldaica Paraphrasis interpretatur plectrum, quod apportabat David ex Gath. Deodatus hinc notat: Etliche meynen, dis Wort sey der Nahme eines gewissen Liebs nach dessen Meloden dieser Psalm habe sollen gesungen werden: oder, sonst eines sonderbahren Sängerspiels, welches im Brauch gewesen sey des den Nachkommen Obed Edoms, der ein Levit und Sänger ward, der Gittitha genome, 2. Sam. VI, 10. das hebraische Wort Gath, (woven Gittith vielleicht herkommt) ist der Name einer berühmten Stadt der Philister (da nach etlicher Meinung dieses Instrument erstmalz erfunden worden) und bedeutet nach eine Wein- oder Öl-Erotte: darum vermeinen etliche dieser Psalm sey gestellet als ein Dancapsalm, welcher zur Zeit des Herbstes habe sollen gesungen werden. Pergit autem LEIGHIUS: Vera significatio hujus vocabuli GITTHITH est difficilis & multum dissentient hic inter se interpretes. LXX. Interpretes hic ponunt ωτερ των ληνων, pro torcularibus, quod ipsum nonnulli ex Veteribus referunt, ad illam saepius memoratam vindemiam. Rabbi David Kimchi vult, ut significet, hunc Psalmum à Davide esse compositum apud Philistæos in urbe Gath, Maxime autem probabile est, GITTHITH fuisse instrumentum aliquod musicum. Pierson. in Ps. LXXXIV. A qua vox Gallica Guitterne non valde ab ludit. GENEBRARDUS. vid. plura apud Tarnovium, Muis & Foordt, in Psalmum octavum. Hhali Haggittith viderunt rohum letum s. melodiam jacundam notare per allusionem ad eos, qui letissime cantare solent, cum uvas calcaria & torcularia exiundant vino, Ps. IV, 8. Foordt in Ps. 8. Vid Menoch. de republ. Ebr. l. 7. c. 8. Ter solens legitur in titulis Psalmorum & uaria de eo sententia sunt,

sunt, quid proprietate significet. Alii Organi musici inventi. Gath ab Obed Edom Githeo nomen esse putant. Alii, quod hoc genus carminis datum fuerit à Davide familia Obed-Edom Githei. Alii quod sit genus carminis effectum ad regulas carminis quod incipiebat Gitthith. Alii quod ad tempus torcularium hoc est vindemie cantaretur. Alii, quod David in Gath Philistaeorum urbe cum Psalmum ediderit. Alii tandem, quod hoc canticum decantatum fuerit à Davido propter aliquod eventum, quod ei acciderit. Marinus BRIXIANUS in Arca Noe. Celeberrimus & jam supra notatus DN. CASP. NEUMANNUS in Nova Methodo hebraica derivationis Cap. II. s. 61. sequentia scriperat: גַתְתָה quale instrumentum musicum id fuerit, & quæ ejus denominandi ratio, hactenus ignorari vulgo dicitur. Video autem גַתְתָה calcandi vel premendi notam esse. Hinc Torculari Nomen est, in quo pedibus premebantur uvæ, quasi diceres Calcatum vel Pressura. Jam גַתְתָה erit raddix frequentativi vim habens. Quomodo גַתְתָה instrumentum tale erit, quod frequenti semperque repetenda pressura opus habuit. Organis nostris pneumaticis forte suo-quodam modo cognatum. Quale quid hæbraeorum temporibus tuisse, non video, quomodo repugnet. Sed postea in Exoda Lingua Sancta p. 300. priorem sententiam mutavit, scribens: Verum eum facta hactenus securitatem Literarum estimatio, flexus Notionem adesse abuade docuerit, rectius forte dicam, denominari hoc instrumentum à flexu successive continuando Chordarum, quæ digitis carpebantur. Ps. IIX, LXXXI, XXI & XXIV; Patriam enim Gath in hac appellatione respici & Davidem Musica sua sacra Philistæorum fuisse Imitatorem, minus probabile esse videtur.

J. XXX. Postquam hactenus de instrumentis egi, nunc ad exantlandam hanc sectionem præcipue facere videtur peculiaris habita ratio Levitarum. Ibi ergo Sp. S. ipse retulit, quod Rex DAVID Arcam DEI introduci fecerit & quod Sacerdotes collocauerint eandem in medio tentorii, quod expandit illi DAVID ac obtulerint holocausta & pacifica coram DEO conf. 2. Sam. VI, 17. 2. Chron. I, 4. Tabernaculum enim conventus Mosaicum cum Altari æneo in quo juge offerebatur sacrificium Gibeone in tribu Juda, & non amplius in Ephraimitica Schilante, remansit, usque ad conditum Templum Salomonæum. 1. Chron. XVI, 39. 40. XXI, 29. 1. Chron. I, 3. ss. & quod insimul DAVID ordines constitueri

Levitas

Levisorum ex omnibus paginis constat. Interea hoc ejusdem opus præcipue memorandum est, quando Regni sui Anno XL., postquam jam SALOMONEM successorem declaraverat, congregavit omnes principes Iisraelitæ & Sacerdotes & Levites & distributionem eorum fecit ac quibusque officia sua ordinavit 1. Chron. XXIII, i. s. ita quidem Cap. XXIV filii Aharonis officiis suis præfetti sunt, sed peculiariter Cap. XXV, i. s. distribuit porro DAVID & principes exercitus ministerium filii Asaphi, & Hemanis & Jeduthunis, prophœtarum in cytharis, in zibelliis & in cymbaliis, ut ASSAPHI filii forent ad manum ASSAPHI prophetantis ad manum REGIS, filii Jeduthunis ad manum patris sui JEDUTHUNI in cythara: Qui prophetabas super confisando & laudando Jehovah. Filii HEMANIS ad excollendum cornu in cœtu domus Jehovah, cum cymbalis, zibelliis & cytharis ad ministerium domus DEI. Atque sic quidem si ad specialiora respicere volumus, steterunt Levites cum instrumentis DAVIDIS & Sacerdotes cum tubis. conf. 2. Chron. XXIX, 26. Citra dubium etiam Melodia non tantum fuit omnium clarissima ut ne verbulum effugerit audientes, illaque ipsa dulciter conspiraverit & penitus exhauserit textum. Non equidem consentio DETERICO in feinen sonderl. Predigten n. 6. Das das Singen vor Alters dem Lesen fast ähnlicher als dem Singen gewesen, und man von keinen Intervallis, Modulation und Tact etwas gewusst, bis Johannes Damascenus umbs Jahr Christi 725. die ersten musicalischen Noten und Regeln erfunden, da man allmählig bessere und bessere Melodien bekomen. bis anno Christi 1400 eben umb die Zeit, da die Drucker erschmahlis zu Mayns, oder wie andere wollen zu Straßburg erfunden. Dunstaphus ein Engelländer erstanden, welcher den Figural-Gesange erst recht unter die Augen gesehen und ihm auf die Weine geholfen, indem er darinmen unterschiedene Stimmen nach dem Bass, Tenor, Alt, Discant und Bassus in etiander gefügert, von welcher Zeit an die figural Musica immer besser und besser excolirt, vid. LUDW. I. c. p. 747. b. Sacer Codex enim affatim docuit, quod tempore DAVIDIS, SALOMONIS & posteriorum etiam Regum Musica tam vocalis quam instrumentalis valde viguerit vid. idem. pag. 746. a.

§. XXXI. Si & quid horiolandum est, tunc mire dissipita nob's videtur sonorum ac tonorum ratio. Ecce enim adfuerat

runt ibi CANTORES. 1. Cor. XV, 19. קָרְבָּן שְׁלֹשֶׁת, qui dicti sunt à rad. קָרַב. Cujus verbi tria vulgo afferuntur significata, ut designet canere, aspicere & munera defera. Quid vero vel hodie observamus compositum & exactum magis in Cantore & Musices Directore, is aliquando canit, peculiariter vero dirigit & munera singularum canentium defert, secundum partituras suam intentus, ne vel tonus vel sonus exulet, nec tantum verba ad laudes divinas & composta meditatos est & voce dicit sed & modulatus voce ac Oboe, quin & ceteris instrumentis reliquis musicis, ad voluptatem audientium pronunciari curat, ut comparata sint omnia ac singula ad movendum omniem conscientiam hominum & accendendos affectus audientium. conf. Ps. XXVII, 6. & Ef. V, 1. addatur COCEJUS, p. 873. & conf. de Cantoribus illiusmodi, 2. Chron. XXXV, 15. XXII, 13. Esra II, 70. VII, 7, 24. A, 40 Neh. VII, 1. XII, 45. XIII, 7. Non sine usu & causa definitio Cantoris laudati & in arte sua strenui est buc accersenda. Quid igitur ex emphasi sacræ linguae est CANTOR? Est Persona munere publico vestita & in sacris constituta, ut primo Ministros habicim acquisiverit & compositiones formande sic capax, talis vero secundo intendit orationem & animum actionem & procurat ad observandum, aspiciendum, inservendum, respiciendum, prospicendum & observandum, ad minima queque coordinandis & indecora queque eliminanda promptus ac aptus. Is tandem tercio brachia mouet & perrellis brachii hisc vel illis munera defert & procurat ad perigendum munus, ut sic honeste ac decoriter in vita propagantur & auditornas animi allicitur, imbanuant ac perficiantur ad glorificandum DEUM & celebranda beneficia summi Numinis. Conf. DN. ROBERTSON I. c. p. 1149. a. Tales viros aluit & coluit Ecclesia V. Tti & tali cultu DEUM alnum, benefactorem ac miseratorem suum, prosecuta est.

Sed & audi porro: Fuerunt cum Cantoribus alii tam cylindrici & recti ad edendam sonum: 2. Chron. XV, 19. Hi puta incipiunt & præstidia detinunt ac cantibus tonis ac sonis. Quemadmodum enim ORATORIBUS inculcati solet mos iste & officium tale, ut sermonem forticer, strenue & distinctis viribus incipiant, donec Auditorem ad attentionem excitaverint ejusque aures ac animum à peregrinis & remotis cogitationibus abduxerint & fortiori parthesia penitus abstraxerint: Deinde vero ut tenens loquantur, ubi jam duxerint quædam ruddi sunt

sunt animi & ad effata intenti. Tandem vero de anno congregatis viribus membris & precipua sermonis eò sint dirigenda, ut omni pīt concitato motu in officia ac debita Auditores erogentur: Ita muticum vera Musica comparatum fuisse, nec forte frustra persuasum est ac autumno. Et cum supra de rubis audiverimus, quali sono clancrīnt, quod puta incepit ferocius expressum *T.A.*, medium postmodum lenies ac suaviter modulatione, suorū & tunc finem fecerit æque vigenti tono *T.A.* absolvitur: quid obesset si vel de *Musica in genere* ad seyerarem, quod, cum conceptu omnium instrumentorum materia textus fideliciter assēcta, *PARELLIDA* formari debeant sonora, ut auditores ad inserviandum, quæ secutura sunt, omni valenti modo excitentur & segregate cogitationes congregentur quasi ferventius & vigore florētiori in objectum cultus divini hoc fidelius præstandam & velut D<sup>O</sup> gratum est, exequendum suscitentur.

*S. XXXII.* Quid vero nunc porro? Aderant in *Musica* illa figurā Davidis, aliis *Musici* cum *NABLIIS* super *ALAMOTH.* v. 20. Exercuit hæc dictio *Comunicantes*, ut vel aliqui partim efformare voluerint instrumentum musicum. *CLERICUS* vero *musicis* non carmine fuisse *Hallamoth*, præsumere voluerit. Verum cum omnes *Eregete* eò conspirent, quod radix ipsa ad oscula noīmet trahat, & quæ recta, suppressa & inscrita habentur; quid ergo hic etiam præsumi magis potest, quam quod *Musica Davidis* cunctis strenuis foribus & strenue ad excitandos Auditores intenſi, simulac *TEXTUS* & *materia sacra* decantanda, non adeo silens incepit, quam obvulsa quasi fuerit ac *supressa*, ne aures audientium abducerentur abs intentione sua, & seriis ac piis cogitationibus alligarentur magis, ad Textum exsequendū & cordi imprimendū, interea, sicuti *Bassum*, quem generalē nominant, bene modetum, gratiōse ferre potest *Tenor* propagandus & decantandus; cum & modulationes instrumentorum *tenorū* ac *saxicorū* fibillantissima adeo non interturbent musicam vocalem ut tandem potius omnium suarissime comitentur & hoc magis Auditorum pitorum animos mulcent eosdemque afficiant, quid obesset, si augurarer, *CANTICA* sive fuisse decantata inter suonos rumores; & hac ratione intelligentium essis texture, quod adserint definitam artem exercuerat inter texus præpalationem. Vix cum *Nablii* super *Alamoth*,

math. Quid enim suavius, quam adhibita *Harpa* & tibie dulces ac  
preferris toni, quid suavius inter concentus quam *Organi* misericet, dñs  
citer ac subobstans tractati *Harmonia*? Aliqua horum asseditus est  
**DEODATUS** hanc notam addens: Sie hatten Pfeffen hoch (oder  
rein) zu singen. \* Hebr. alamoth mit weibischer oder jung-  
fräulicher Stimme, welche bey den Musicis Superior oder Discant,  
oder der Altus, oder ein hoher Tenor, und mit einer weibischen oder ho-  
hen jungfräulichen Stimme muste gesungen werden.

S. XXXII. Sed vero quales illi fuerunt *VIRI*, qui aderant  
cum cyathis super *SCREMINITH*, ita, ut praesertim? v. 21. Miris hi-  
lerum est variantium chorus, & eò redit tota causa, quod denuo  
chemicith sit vel novum aliquod instrumentum musicum, vel inven-  
tiām alias cantici. Solum **DEODATUS** denuo aliquid hujus causæ  
penetravit nobis videtur, scribens: Sie hatten Harffen auf den  
Octav zu spielen (d. i. den Bass oder Tenor zu führen) und den Chor  
(oder Gesang) zu regieren, & ad *PS. VI*, 1. auf Reginoth nach *Gode-  
winis*, d. i. dicitur. Etliche hatten es für ein Instrument von 8 Cy-  
lindri, aridore, für einen gesellishen Chor der Music, oder, achtte Saiten bey  
en Musicis genannt ein Octav. Siehe *PS. IV*, 1. Quemadmodum  
ergo Musicam artem callentibus patet id conceditur, quod *SCALA*  
*Musicorum* *versatissimum*, fuit tantum minus diazara ob simili-  
tatem radicalem, quod Pythagorarum fuitit dis diazara, ob  
mediocritatem venerandam. Hodie vero sit regis regis regis diazara.  
ob varietatem gratam musicæ vocalis & instrumentalis. Queni-  
admodum & porro profitentur, quod *OCTAVA* in se habeat sex  
tonos, tres maiores & tres minores cum Diesi minore: Nempe  
quinque tonos, tres maiores & duos minores cum duobus Semiton-  
iis majoribus: Atqui ita comprehendat commata ultra quinqua-  
ginta, ut dis diazara nascatur ex duabus Octavis: Octava cum  
Quinta comprehendat tonos octo, quinque maiores, tres mino-  
res, & tria Semitonija majora: regis diazara vero dividatur in  
tres Octavas, & sic deinceps. Veluti & tandem adjiciunt, quod  
Concordantia perfecta sit, quæ per se stare posset, i.e. incipere & fer-  
minare tantum, ut dum accurate concordantias, sive consonan-  
tias simplices exprimere volunt, harum primam constituant Octa-  
vam, quæ est proportionis dupla inter 2, & 1, in cuius terminis

sit simplicissima convenientia diversa, qualis est inter totum & di-  
midium atque sic prima & perfectissima sit Octava unisonus ille com-  
positus: Ita hinc omnem obscuritatem abigit taxtus Sacer & mon-  
strat nobis Musicos, occupatos in cytharis super OCTAVAM & qui-  
dem cum speciali addito תְּבִנָה. Sed & hic videbis Commentatoris  
ac Lexicographus admodum fluctuare. Verum quid multis? Si ra-  
dix תְּבִנָה significat instare operi, opus diligenter & indefinenter facere,  
curare ut opus diligenter fiat, quis ergo dubitaret, quod exhibeantur  
illi, qui Baffio, ut nunc loquimur, generali præsunt & conti-  
nuum exercitium Musicae sine ruptura urgent, & ut opus omne  
diligenter fiat, efficiunt. Delicatissimum est Opus DN. ANDR.  
WÉRCKMEISTERI de *Harmonologia Musica*, & recte s. 5. pag. 3.  
docuit: Die ordinar-Säthe werden deswegen ordinar-Säthe genen-  
net, weil die Ordnung ihrer radical-proportional-Zahlen auf einan-  
der folget, wie sie Gott und die Natur selbst geordnet hat, als 1. 2. 3.  
4. 5. 6. und 8. daraus denn auch zu sehen, daß allein die Octava zum  
ersten repetiret wird, und keine Quinta oder Tertia in der Harmonia  
gedoppelt fällt.. Egregie etiam §. 13. p. 80, adjecit: Ich habe hin-  
gegen von vielen gehöret und gesehen, daß, was im pedale ist vor ein  
Bass gewesen, sie dasselbe in manuale auch haben genommen, odēs  
haben im manuale mit dem pedale lauter Octaven hinter einander her  
gemacht, welches aber schändlich ist, und ein Zeichen, daß Sie ein  
schlecht Fundament haben und übel informirt worden. His etenim  
suffulcit nostram sententiam, quam inter accuratiores Musicos  
consensu non destitui certus ac firmus sum, conf. nunc LUNDIUS  
l.c. p. 748. & post ALSTEDIUM, GUEINTZIUM, REIHERUM  
& innumeros DN. BUTTSTETT. in *Harmonia eterna*. pag. 26. ff. &  
DN. J. G. NEIDHARTS beste und leichteste Temperatur des Mono-  
ebordii. Cap. præcipue II p. 14.

§. XXXIV. De CANTICIS nunc ipsis specialius agendum  
foret: Verum cum ibi omnia ferme nitantur traditionibus Rabbino-  
rum, hinc in scheritate dénum additurus sum, quæ ad hanc reth-  
fatere videntur. Certum igitur est, quod ex tribus familiis Ger-  
sonitarum, Cahabitarum & Meraritarum constituti sint Musici & sin-  
gulis illis sit constitutus PRINCEPS ut Gersonitarum fuerit ASSAPH,  
Cahabitarum HEMAN, Meraritarum ETHAN. vid. i. Chron. VI,  
33; XXV, ff. Quousque tentorium mansit in Gibea, & arca scederis

Hiero.

Hierosolymis erat, dividebantur itidem *Louisa*, in foris autem legioribus, ubi cunctus divinus praestabatur. *Giles*, congregabantur omnes ad hunc locum. Deinde vero divisim tam *Giles* quam *Hierosolymis* ministabant. Postea ex istorum, *PSALMIS* missero, &c., constituti sunt &c. Ordines, singulis eternis filiis horum virorum ad gregebantur reliqui ex *Gersenius*, *Cahieribus* &c. *Morozis*, ut numerus ex crescerebat ad M M M M. Hos ordines servavit *SALOMO* & qui sequentur ipsum *REGES* *Judei* reliqui. Concentus interima non significabatur usque ad effusum liquoris oblationis & cum epis-  
tola *ad Corin.* capit. Domini cap*n*cum tubis &c. instruens, netnpe-  
cum spuma saeculari effusum fuisse. vid. *Nom. XV*, s. &c. *Paral.*  
*XXII*, 27. *PSALM* qui ordinarii canebantur, hi erant. *Prima*-  
bebdomadis die *Ps. XXIV*. *Seconda*, *Ps. XLIX*. *Tertia*, *Ps. LXXXII*.  
*Quarta*, *Ps. XCIV*. *Quinta*, *Ps. LXXXI*. *Sexta*, *Ps. XCIII*. *Septima*,  
*Ps. XCII*. *Psalmi* vero hi dividebantur in tres partes, &c. *Pausas* in-  
terior cas satis longas faciebant. In istis intermissionibus *TUBAE*  
canebant & populus colebat *Dilem*. Tuba zudiebantur, &c. cum  
aperirentur Atridrum portae, novies in oblatione matutina & novies in  
vesperina. Nuaquid etiam se concentui reliquo coniunxit Tuba, sed  
tam tantum cecinit, cum silebat *Odem*. Interea quibusdam diebus  
erant primores *Psalmi* & *Canticis*, ac tuba etiam extra ordinem au-  
diiebantur, in preparatione puta *Sabbati*, in *Sabbatu* ad sacrificium  
*admissum*, ubi *Louisa* canebant *Mosis-Canticum* ex *Deut. XXXII*,  
quod dividebant in *V-* partes, quarum unam unoquoque Sabbatho  
canebant, & ita intra 5. *Sabbata* illud absolvebant atque iterum  
eodem modo incipiebant. *Vespertini Sacrificii* hora canebant *Canti-  
cum Mosis* *Exod. XV*. In festa *tuborum* Levite canabant *Psalmum*  
*LXXXI*. & vesperina sacrificio oblati, in eodera festo, decantabant  
*Ps. XXIX*. In festo *Pascoris* inter mastandum agnum, *hunc magnum*  
absolutum est, sicuti &c. in *corvus* *Pascabis* ad secundum calicem,  
absolvebat preses convivii *Haggadam* seu liberacionis narrationem,  
recitatione *Ps. CXIV* & *CXV*. Ad quarium vero calicem incipi-  
bat recitationem *Psalmorum* *CXX*. ad *CXXX*. Hos enim sex *Psalmos* complectebatur *To Hallel*.

9. *XXXV*. *LOCUS* ubi stabant, erant scilicet gradus, qui  
inter atrium Israëlis & sacerdotum versus Orientem Altaris ho-  
locaustorum reperiebantur, sic vero eminebant super atrium Isra-  
el.

lis. In feso Tabernaculorum stabant etiam in quindecim gradibus exerioris Atrii. Quod & habuerint Principes suos, id jamdum vidi nus & horum unius feligebat figuralem Musicam executuros: Alter vero in ipsum locum collocabat, ut *admiransime* omnia absolvereatur. Non quidem firmiter apparet, quæ Cantica tempore Deiūdis obtinerentur, quod vero Is ipse Psalms & cantica veluti *Ecclesiasticus* formaverit, id ex locis 2. Sam. XXII, 1. 2. Chron. VII, 6. XXIX, 18. XXIX, 30. Esd. III, 10. & Syr. XLVII, 9. ss. conf. Es. XXXIX, 20, satis superque conspicitur; Quod singulis diebus determinatum cecasterit Psalmum, id jam vidimus, & quomodo *muccino* quopiam dñeatur signum dederit obeundæ Musicæ, id Rabbini docuerunt, qui & habent, quod aliqui canentium inter Musicam exclamaverint verba Ps. XLIV, 24: *Evigila, quare dormis ADONAI?* Experciscere, ne dures in perpetuum: Qui tamen modus tempore Iuda ab accabai abrogatus esse traditur propter offendiculum inde hætum. Dimissi vero Musici, seu quando abs aliis ad vices eorum transcurrentibus, liberaserantur, incurvarunt se adoraverunt. 2. Chron. XXIX, 29. Habant in Templo alias Levitas separatas suas Camaras vel cellulas, in quibus instrumenta sua & libros musicates adservarunt & se exercuerunt; Inter ea præter Levitas alii etiam in Musica utraque se exercuerunt, quodsum referunt loca Esd. II, 65. Neh. VII, 67; id vero certum est ex exemplo DAVIDIS, quod REGES artem hanc sacram tractaverint, testibus locis; 2. Sam. VI, 5. Ps. XLII; 3. s. An interiti hi consortes Musicæ fuerint Sacerdotum affines, an vero singulis id fuerit concessum? de eo adhuc disputatur. Negari tamen non potest, quod tota Congregatio cantus obliterit, ubi Precentor aliquis prævit ipsum textum, conf. Exod. XV; n. Illi vero, qui erant in Ecclesia imitati sunt ea; quæ fuerant præcenta, vid. Syr. L, 20. ss. & illi quidens ratione; dummodo omnia praxi pia sunt absoluta, nam hypocritismus aversatus est DEUS, vid. Amos. V, 13. Akmus misericordia presentia & complacentia suæ dedit documenta, 2. Chron. V, 13. Extra Templum etiam aliquando officium suum obibant Levites, 2. Chron. XX, 18. ss. Esd. III, 10. Neh. XII, 12. Ex iamdum dictis facile nunc etiam constat, quid veliat verba Jud. V, 12. *Loqueretur cor meum?* Ps. XXXIII; 3. *Canite ei carmen novum.* Pt. XLIX, 1. *Carmen Canitene vel Cantilena carminis.* Pt. LXV, 1. LXVII, 1. LXIX, & verba *Carminis.* Ps. CXXXVII, 3. conf. Es. XXX, 29. Quod & plura talia fuerint

Sicut Canticum ex Ps. XXIX, 7. constat. conf. Ps. CLXXXVII, 4, unde  
et circa dubium Cant. I, 1, nominem illud Canticum Cantorum inde ve-  
nit, quod fuit complexus Cancicorum reliquorum. De CANTICIS  
interim GRADUUM id habebas, quod Psalmi ab CXX. usque ad  
CLXIV. dicantur aliquibus de quindecim gradibus, qui erant in mente  
domus Domini inter atrium virorum et mulierum, per quos ex hoc  
ad illud ascenderebatur, in quarum singulis, singuli hecum decan-  
tati fuerint. Psalmis & adjiciuntur quod gradus non fuerint recti,  
sed gyrati. In ista omnia ante responde. Inde etiam CONSTANTI-  
NUS EMPEREUR duplex simul consonans memoravit Odorem, ut si  
Musici considererent, unus inter Atrium Israelitis & Sacerdotum,  
albus inter Atrium Israelitae mulierum. conf. s. Parst. XVI, 4.  
Alii consentiunt esse consonans, qua statatio soni aseenden-  
tis, aut altitudo vocis seu tonus acutus, in quo decantati fuerint,  
indicoetur. Sunt &c. qui Melodia ypsilon, cujusmodi apud nos sunt  
initialia cantionum verda, respicer opinantur, ut tandem alii ad tem-  
pus ascensionis seu reditus e Babel huc Psalmos referant & adhi-  
bitos eisdem velint, licet dudum compositi erant, a populo re-  
duce, in reparacione orbis, cum muri graduum ascenderent. Nro. XII,  
27 & 17. Cine nec dum est fenteriarum finis. Multi enim ad  
ipsam Babel in palestinam ad ascensionem referunt, ac si in via illa  
fuerint decantati, vel etiam pertinuerint ad Israelicas quoniamvis  
temporibus, quando idem ascendorum ceteratum ad tria Festa fo-  
lencia in templum Jerusaleni. At Canticum ascensionis idem  
volunt, quod canticum etationis seu conclusione, quod instar  
Complexis in fine Sacrorum cantatum fuerit. Denique Canticum  
Excellentiarium idem quibusdam est atque excellentiissimum, praesan-  
tissimum & in summo gradu collocandum. Eligat interea corda-  
tus Lector, quod sibi visum fuerit commendissimum & confidens ita  
distribuentem GEIERUM ad Ps. CXX, nunc etiam servat.

5. XXXVI. Forant adhuc plura, tunc quod Musica vocalem quam instrumentalem & memoranda & monenda. Ex hactenus dictis tamen necessaria & congrua explicita minimum quadrantenus esse perciudeor, de scatis constabit, quod zecundum diuinam etiaque obtinererit, quod & alias in salutibus eis leticie quam tristitia usum habuerit, proptereaque remo in hanc transibit tentacionem, ac si Musica usus non alius quam in fortia fuerit; sicut namque horum exercit.

exercitiorum multiplices jamdum vidi mus, & quemadmodum in  
 farris ad beneficia DEI celebranda: ita quoque in civitibus ad ani-  
 mum excitandum adhiberi utraque potuit, præcipue ad virtutem  
 & amorem conjugalem amplificandum, ad Majorum res gestas enar-  
 randas & virtutis sensum posteris infigendum aut celebria queque magis  
 ornanda: Et hec tamen singularem abfuerunt à ri d'is Gentium,  
 qui Ludos suos semper instituerunt, & festis diebus, qui Dilecti  
 sunt, sacrificia, epulas, ludos & ferias ingesserunt: Sacra enim ce-  
 lebritas ipsis erat, vel cum sacrificia Dii offerebam, vel cum Dii di-  
 viinis epulacionibus celebrabantur, vel cum Iudei in honorem Deorum  
 agebantur, vel cum feriae observatae, unde & tales ludi sacri dicti,  
 quod corundem inscriptiones testantur, & sive ad Comedias sive  
 ad Tragedias sive ad Iudiciorum musicalis quoscunq[ue] respexeris, objectum  
 corundem utique fuit Doctrina de Diis: & honore ipsorum propagan-  
 do, hinc in Theologia fabulari communiscebantur, quod Natura &  
 Essentia summi Numinis erat absolutissime contrarium: In Theologia  
 naturali adauerunt quæstiones, quales & enjus generis forent Dii?  
 Et in Theologia ciuitati seu politica, quam calluerunt præcipue Mystra,  
 Separabant solvendas Deos, ostendendo, quidus sacrificiis & quomodo  
 colendi sicut Dii? ut singulis populis proprii manerent Dii. Succes-  
 sive etiam res eò perducta est, ut THEATRA propter ludos sceni-  
 os sint instituta, & POETÆ, dum theatris praefuerunt, universi-  
 tati fabulas sive recitari curaverunt, & quos Deos urbs & Pontifi-  
 cibus colere jubebatur, illorum etiam theatra ostenterunt, atque  
 hinc poetica & theatra theologia obtinuit apud credulas popu-  
 los, idemque Deos Deasque, sive Poëtae eosdem fixerint, sive  
 Legislatores ex Poëtis assumperiat, non saltem ridiculis sed &  
 impiorib[us] ritibus venerati sunt, ut tandem fatuis persuaserint, theatra  
 & tales ludos esse idolorum suorum delicias. Cui mox accessit, quod  
 distinctione inter malos bonosque Deos facta, Illorū cruentis sacrificiis,  
 horum autem theatra libens ludi placare & fibi conciliare animi sint.  
 Quando igitur his idolatricis sacris adjuncta fuit Musica aut vo-  
 calis aut instrumentalis, tunc decisum protinus adest, Populum  
 post iudaicum & Ecclesiasticum V. Tti abhoruisse abs istis exercitiis  
 humano ac tremendo DEO adversissimis; & cum in Diaboli cul-  
 tum ordinatis exhibiti sunt tales theatrales ludi, perspicuum id  
 fatis est, quod salva Religione idem nec efformari nec tolerari po-  
 turum

**§. XXXVII.** Ita quidem inter Judæos scandalum singularē est exortum Millenarii IV. Sec. IIX, cum ex Haſmonis sub ANTICHO EPIPHANE exiverunt ex Iſraële filii iniqui & persuaserent multis, dicentes: *Abeamus & disponamus fædus cum gentibus, que circa nos &c.* Rex etenim impius dedit illis potestatem faciendo ordinationes gentium & adiecerunt gymnasium in Hierosolymis juxta leges gentium. 1. Maccab. I, 11. ss. Ut & cognoscamus, quid in his Gymnasiis fecerint, hinc 2. Maccab. IV, 9. ss. docetur; Quod JASON sub ipsam arcem gymnasium fundaverit & optimus Juvenus sub petasum egerit, ut ita fuerit summus gradus aliquis Gracismi & progressus rituum alienigenarum per impiorum excedenter imputicitiam, adeo, ut non amplius ad altaris ministerium prompti essent Sacerdotes, sed templum quidem contemnentes, & sacrificia negligentes, festinaverint participes fieri iniqui, quod in palestra, spectaculi post disci provocationem & parvios quidem honores nibili fecerint, gracianicas vero glorias pulcherrimas existimaverint. conf. JOSEPHUS. Antiquit. Iud. Libr. XII, Cap. 6. Interea cum Poësis ipsa ac Musica divinum quid habeant & spuria, stultiloquum & scurrilitas non conveniat credentibus. Ephes. V, 4. hinc facile videmus, quali temperamento in V. Ttvenerit Musica, ubi ubi etiam sit adhibita, quoisque enim ad Operum divinorum celebrationem, ad Herorum & patria patrum honestam commendationem, ad virtutum incitamenta, ad vitiorum ablationem, ad gaudie concessi ampliationem, ad luctus enecantis internacionem, & quascunque reliqua pietati non discongrua rationes, moderate, pie ac convenienter exercetur, in eadem nil mali ne quidem rimari potuimus, & dulcissimus, amoenius, quin omnium laudatissime hæc exercitia consecunda credimus, super destabiles calumniandi, helluandi ac debachandi modos, quibus quidem perpetua Diabolo litatur. Si & argumento J. N. firma est illa regula: *Quicquid donorum ac honorum à benigna natura in TE collatum, tibique tributum, illud fideliter ac masculè dispensa:* Quis non illorum faciliatem canendi & exercitiis musicis scitè defungendi referret? atque dummodo officiis ac negotiis publicis nil derrogetur, privata talia delectamenta admiraretur potius quam odisset? Est quidem ignoti nulla cupido, verum optione formata, id impetrare, ut talis osor, modo animum applicaret & auxiliū artis admittere, non detrectaret, in omnia alia successive sit cœssurus, &c, si non necessitatem, suavem tamen convenientiam, mox mox agnitus sit. Simulac enim mens hominis secum consonat, nec consilia ejus discrepant, delicatissimum hoc etiam exercitium applausum merebitur omnem.

# SECTIO IH.

## De MUSICA SACRA N. TESTAMENTI.

S. I.

**D**E USU MUSICÆ in sacris N. T. acturia nobis, præmit. tendum est, quod V. T. ritus obtinuerat usque ad πανολετρία seu destructionem Hierosolymorum, ad desolationem plenariam Terræ Sanctæ, ad dispersionem populi hujus maledicti irreconciliabilem. Quamvis etenim revera cœssavit Sacrificium & oblatio in medio septimana illius, quam Daniel Cap. IX, 27. propheticè exhibuit. Postquam enim CHRISTUS tribus annis cum semiisse stadium ministerii sui propheticæ absolvit & passione ultima percitus, in cruce exclamavit: *Consummatum est!* Joh. XIX, 30: Tunc umbra futuroram ad Col. II, 17, in tempore correctionis. Ebr. IX, 10. cessare etiam debuerunt: Nihilominus tamen Judæi Zelum DEI habuerunt & *καὶ ἐπίγνωσιν.* Rom. X, 2; usque ad urbis & templi excidium. In illo itaque prima temporum tremestate Jesus ipse *sub lege factus* est, ut eos, qui *sub lege erant*, redimeret. Gal. IV, 4. f. Ita quidem veluti duodecennis in festo Palchatis Hierosolymis comparuit & ritus V. T. non improbavit, quod & postea, antequam officium suiceret propheticum, eodem modo approbavit, neque sic neque Musicam vocalem neque instrumentalem haec tenus consuetam, disternavit aut penitus disstulit: Nec in triennio ac semisse anni, quo *officio suo defunctus*, quicquam in his ipsis moribus abrogavit, potius vel ipse HYMNUM in commissione agai paschalilis cum discipulis suis intonuit. Matth. XXVI, 30. & sic de his talibus certum id manet, quod & *Hymnorum ac Musica saepe sanctissima manserit observatio.*

S. II. Neque statim post *ascensionem CHRISTI*, in hac causa quicquam immutatum est, quemadmodum enim APOSTOLI frequenter publicis Judæorum sacris adhuc interfuerunt, ut occasio nem nanciscerentur *predicandi Jesum Christum*: Ita quoque Musicam tunc adhuc suetam non repudiarunt, nec exercitium cantuum irritum habuerunt, eo minus, quo vel Ipsi in privatis tribulationibus his modis se recreare non intermisserunt, quod vel inde patet, quia PAULUS & SILAS in custodia & pedes constricti, orantes *byznan* dixerunt DEQ. Act. XVI, 25, cum enim indignis modis trati

Etati essent, tantum tamen abest, ut lugeant ac fortunam suam deplorent, aut DEI vindictam contra adversarios exposcant, ut potius animo sedato atque lato precentur ac DEum celebrent, idque non tacite secum in animo, sed clara voce, ut à ceteris captivis, qui in exterioris carceris parte asservabantur, exaudirentur, atque sic spe bona lati in DEum, cujus erant ministri & qui suos ex periculis sapienter eripuit, conf. Act. V, 19. XII, 4. sicut orant, ut & nunc adesse velit, cursum Evangelii juvare, & ostium sermonis aperire. conf. ad Coloss. IV, 3. Laudant insimul DEum, qui futurorum sciens praedixit hanc infaniam gentium adversus Christum per Prophetam. Ps. II, 1. conf. Act. IV, 24. & ipsos dignos habuit, qui talia perferunt pro gloria ejus. conf. Act. V, 42. & tam denique sonora voce erant ac canunt, ut testentur captivi ceteri constantiam eorum, quia in afflictione non deficiunt in fide. conf. ARCULARIUS, & LENÆUS. in l. c.

S. III. Hæc igitur causa fuit, quate postea PAULUS & JACOBUS ad canendum excitaverint auditores suos, ita quidem ad Col. III, 16. legitur: *Verbum Christi habitet in vobis opulenter in omni sapientia docentes & admonentes vos ipsos psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, cum gratia canentes in cordibus vestris Domino.* Scribit hic non male ZANCHIUS: Magnam Musices vim esse ad animos mordendos & trahendos, ac piis quoque concessum & laudabiliter usurpari dubitum nou est, modo tatis sit, qualem hic describit Apostolus, nempe, ut nec in materia, nec in forma peccet. In MATERIA, ut non canantur carnales, inepte, obscena, turpes & rugatorie cantiluncule, sed psalmi, hymni & cantiones spirituales. In FORMA, ut conjuncta sint cum gratia, quam placitatem & usum afferunt, ut ex corde profiscantur & fiant ad gloriam DEI. Differentiam inter istas voces, psalmos, hymnos, odes, alii dicunt & ejusdem semper vel beneficia vel facta mirantur, quod omnes Psalmi continent, quibus Hallelujah prepositum est. PSALMI autem propriis ad ethicum locum pertinent, ut per Organum corporis, quid faciendum, quid sit vitandum, neverimus. Spirituale CANTICUM est de superioribus; concensu mundi & creaturarum concordia, &c. Aliqui per PSALMOS, Davidicos omnes intelligi volunt: Per HYMNOS, alia cantica, sparsim in Scripturis tradita, ut MOSIS, DEBORÆ, JESAIAE, DANIELIS cantica: ODAS, spirituales, eas canentes, qua à piis aliis composita sunt de-

Beneficiis DEI. Doctiores hodie sic distinguunt, ut PSALMI sint quae-  
cunque cantiones variis argumentis scripta, hebreis dicta MITZMORIM,  
ut sit nomen generale, tam precatoriis, quam deprecatoriis, consolatoriis  
aliisque speciebus convenientes. HYMNI επαυτικοὶ hebreis Techillim,  
qui laudes DEI propriè tractent. Sic CHRYSOST. & Scholia dicunt:  
οἱ δὲ ὑμεῖς τὰ ψαλμοὺς ἀγιώτερος, αἱ γὰρ ἄνω θωάψεις ὑμένσι τὰ Θεῖα τὰ  
Ψάλλεται, i. e. Hymnus Psalmo sanctior est. Potestates enim supera hymnos  
DEO canunt non Psalmos. ODAE autem seu Canticum fuerint hymni  
peculiares & artificios & augustiori forma compausiti. Conf. MARLO-  
RATUS. ad Eph. V. 19. & GOMARUS. ad Col. III. 16. Et ex No-  
stris. TENZELIUS. Diff. Parte. I. p. 393. ff.

S. Tunc vero pergit: Hę cantiones spirituales dicuntur, quod  
à Sp. Sancto proflant, quo repleti sic canunt fideles. Eph. V. 19. neque  
lastitia carnis: ut muñdana carmina, sed spiritui piorum excusando,  
adque DEUM attollendo serviant, & mere spiritualia contineant. Ad  
FORMAM & modum cantandi quod attinet, jubet cani in gratia,  
in corde, Domino. εἰ χαρέται in gratia i. e. cum gratia. Non uno  
modo accipiunt hoc Interpretes. Nam alii accipiunt pro gratia-  
rum actione erga DEum, i. e. semper canite DEO laudes suas. Alii  
cum gratia, i. e. grata & apposita dexteritate, ut à bonis gratiam  
ineatis & aliis usui sitis. Sic ut verius de vobis dici possit. Et prodebet  
volunt & delectare, quam ille POETA de se suisque ait. Eph. IV. 29.  
vult sermonem nostrum esse bonum ad adiunctionis usum, ut gratiam  
auditoribus afferat. CHRYSOST. & Scholia tamen sic intelligunt,  
εἰ χαρέσθαι, i. e. per gratiam Sp. Sancti, sine qua non potestis plallere  
DEO. Canentes in corde vestro. Hoc plane necessarium est, ut sicut  
omnia in cultu DEI, sic & cantus ex pio & intimo cordis affectu pro-  
fluat. Inanis enim est & DEO invitus clamor gutturis absque spi-  
ritu devotione & puritate. Nam ut recte Scholia græca hic dicunt:  
μόνον σώματι ἀδύν, εἰς δὲ τῷ Θεῷ, αὐτὸν εἴρεται λαλέν. Ore solo  
cantare, non est canere DEO, sed in aërem loqui. Non igitur tantum  
ore, sed imprimis corde canamus & precemur, nec ad ostentationem,  
sed intus & ex animo. Domino, i. e. non hominibus placere, co-  
rumve aures demulcere conemini, sed nisi DEO & in Ejus laudem cul-  
tum hunc præstetis, ipse namque nos audiet, etiam si nemo vocem  
nostram audiat. Sicuti MOSIS racias process & suspiria exaudiuit,  
cui dicit, Quid calamus ad me? Licet ille nihil verborum fecisset, sed  
animo

animo duxerat clamasset. Exbd. XIV, 13. Facit huc Apostoli admonitio, quæ est i. Cor. XIV. Oratio & mente, canam & spiritu, canam & mente, &c. ubi Prophetiam & cantum euangeliacos & ad usum Ecclesie fieri vult, & Jac. V, 13, ait: *Æquo animo est aliquis? Psallat & affligitur aliquis?* id est: Habeamus igitur, & licet, cantare & psallere, & quomodo: *enim ista Ecclesia canimus*, modo sic peragatur, ut serviat doctrina, religio, commonefactioni, & ex pio cordis affectu proficiat. Qua de re plura vide *Comment.* in Ep. ad Eph. Cap. V. 19. ubi de Musica tum privata tum Ecclesiastica dictum copiosius.

S. V. His denique subjicit sequentia: *Hac tamen illis addero placet.* Non solum PLINIUM juniores in Ep. ad TRAJANUM imperatores de Christianorum canticibus meminisse, superstite tum adhuc JOANNE Apostolo & Evangelista, sed etiam TERTULLIANUM. in Apel. Cap. 19. memorare post Agapas, i. e. convivia, que alendæ & exercendæ dilectionis mutuae gratia olim Christiani celebrabant, (nam quosque inopes eo refrigerio ut ipsius verbo utar, juvabant) morem fuisse canere de Scripturis sanctis &c. Pace Ecclesiis redditæ, psallendi usus crevit, sed adeo citra incrementa Sancti in DEum ardoris, ut jam sua ætate D. HIERONYMUS horrenda vita in cantantibus notarit, quod nempe in *Tragediarum modum*, guttur & fauces dulci medicamine collinirent, ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur, cum DEO non voce, sed corde psallendum sit, in timore, in opere, in scientia Scripturarum. vid. libr. 3. *Comment.* in Eph. V. Hoc malum successu temporis sic *ancrum* est, ut GREGORIUS I. Episc. Rom. queratur, in Roma Ecclesia irrepsisse consuetudinem valde reprehensibilem, ut quidam ad Sacrum Altaris ministerium constituti *Cantores* eligerentur, ut in Diaconatus ordine constituti, modulorum vocibus interfervirent, quos prædicationis officio & eleemosynarum studio vacare congruebat: Ac deinde factum, ut plerunque in sacro ministerio, dum *blanda vox* quæreretur, *congrua vita* negligeretur, *Cantor* minister DEum moribus stimularet, cum populum vocibus delectaret. Ideo cavit idem sub pena *Anathematis*, ne deinceps ii, qui Altaris ministerio deputati essent, cantarent, sed tantum *Lectioni Evangelice* incumberent.

S. VI. Incidenter jam supra de *CANTICO MOSIS* egimus, sed & denuo quoad N. T. & loca illa Apoc. V, 9. Cap. XIV, 2. XV, 3. aliqua sunt commentanda. Et sic quidem certum est, quod

*Locus primus, exhibuerit AGNUS M<sup>Y</sup> suo tempore magnum & sub. LEONIS imagine representatum MESSIA M<sup>Y</sup> sc. nostrum J. CHRISTUM. Et cum in S. Scriptura, sub rubro LIBRORUM exhibetur (1) complexus providentia divina qua fata singulorum & Ecclesie PI. CXXXIX, 16. Ez. II, 9. s. Cap. III, 1. L. Apoc. V, 1. I. X, 2. 18. (2) Complexus judiciorum DEI. Dan. VII, 10. Apoc. XX, 12. (3) complexus omnium mediorum salutiferorum. Phil. IV, 3. Apoc. XIII, 8. XX, 12. 15. XXI, 26, hinc scio equidem, quod ad complexum providentia divine & ad fata Ecclesiae secundum illud dictum Apoc. V, 2. si. respexerint non inferioris nota Theologi: Verum pace bona illorum, mihi Liber iste & hic exhibitus, pertinet ad complexum redemptoris & inde consecuta oblationis ac collationis mediorum salutiferorum; Ratio mea hec est, quia Messiae tribuitur apertus & sic citra dubium huc referri debet Paulus 1. Cor. II, 7. s. ubi de sapientia Sp. S. GÖTTINGER perhibuit, quod MEDIATOREM hunc invenierit, quem nec homines nec angeli invenire potuerunt, atque sic postquam hic Mediator causam humani generis sustinuit & summis librum extra sedem super throno, tunc quatuor animalia Mediatori secundum H. N. laudes meritissimas decerpunt & quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt ante agnum, habentes quilibet cytharas & phalias aureas plenas suffimentis, quae sunt preces sanctorum; Canunt autem CANTICUM NOVUM, atque sic videmus iterum, quod utique Musica tam instrumentalis quam vocalis in Celebrationm redencionis placuerit triauni DEO & Mediatori nostro IESU CHRISTO. Imo LUTHERUS Tom. IIX. Jen. fol. 153. optime scribit: Betrübten Herzen ist der Psalter, will et d<sup>r</sup> M<sup>r</sup> Messiam singet und prediget, ein süßer, tröstlicher, lieblicher Gesang, wenn man gleich die blossen Worte ohne Noten daher liest oder saget; Doch hilft die Musica oder Noten, als eine wunderliche Creatur und Gabe Gottes, sehr wohl daju; Denn so lesen wir vom Propheten Eliseo 2. Chron. III, 5, dass er durch das Psalter Spiel (da man freilich Psalmen aufgespielt, nach der Ordnung Davids) den Geist der Weissagung in sich meraet. Wie auch David mit seinem Psalter-Spiel oft den bösen Geist Sauls verjaget oder schwächer, lesen wir 1. Sam. XVI, 14. s. denn den bösen Geist ist nicht wohl dabei, wenn man Gottes Wort im rechten Glauben singet und prediget.*

S. VII. Verum non alia, sed eadem illa Apoc. XIV, 2. s. reperiuntur,

riuerat, manifeste ibi legitim, quod audita sit. Postea eadē tamquam vox aquarum multarum & tanquam vox sonitus magni. Audita etiam est vox Cybaredorum pulsantium in cybaris suis, qui cecinerunt cantus novum coram throne & coram IV animalibus & senioribus; Ut tamen tempore passus discere cantum, nisi contum quadrageinta quinque milia empsit de terra. Sicuti igitur supra IV. animalia & Seniora ipsi musicam sacram exercuerunt, ita nunc alii, quibus oblatus ac acceptatus fuit liber redemptio & quos ita emerat Messias. vid. I. Tim. II, 6. quiique meritum Christi sibi applicandum permiserant, separati exhibentur ad hoc officium præstandum. Joh. XV, 19. adde Jér. XXIII, 10. Matth. XVI, 24. Rom. IX, 38. 1. & 2. Cor. XI, 2. Sic & tandem Gap. XV. videt ~~conseruato~~ JOHANNES quasi mare vitreum mirum regem & qui victoriam habebant de bestia & de imagine ejus & de charactere ejus, & de numero nominis ejus, stantes juxta mare vitreum, habentes cybaras DEI, qui canebant CANTICUM MOSIS servi DEI & CANTICUM AGNI. Nec quicquam hic intelligitur aliud, quam quod non ingrata DEO triauni fuerit Musica, victorum talium, quibus Deus ipse dedit in os eorum cantum novum & laudem DEO nostro dicendam: Quod videbunt multi & timebunt confidentes in Iesou, dicentes: Beatus Vir, qui posuit Jehovah fiduciam suam nec respexit ad superbas & declinantes ad mendacium. Pl. XL, 4. Recte hic LUCIUS adjecit: Ohn allen Zweifel wird mit dem Liede Moses gesungen auf dasselbe Dant- und Sieges-Lied, welches Moses mit den Kindern Israel, nach Erfüllung des Königes Pharaos und der Egypter gesungen haben, 2. Buch Mos. XV, 1. sqq. Gleichwie auch unser ganzer Zert auf die Geschichte zielet, und die Ausführung der Kinder Israel aus Egypten gewesen ist ein Gutebild der geistlichen Erlösung der Christlichen Kirchen aus dem geistlichen Egypten oder der Päpstlichen Dienstahrkheit.

J. IX. Sed nec dimittenda sunt Instrumenta musica in terrae exhibita & præcipue adhuc dicendum aliquid est de Tuba. Audit itaque JOHANNES vocem MESSIAE magnam Apoc. I, 10. tanquam tubæ. confi. Apoc. IV, 1. Jam vero certum id est, quod in V. Tto multiplex, ut jam audivimus, fuerit usus tubarum ac tibiaum, interea, sicuti & terroris causa intonat, ita peculiariter Apoc. IX. incipit series VII. plagarum & singulis harum præmittitur ANGELUS, cui data erat tuba, citra dubium, ut excitarentur peccatores

catores, antequam iudicia divina inguerent, ad prophetiam vidit Es. XXVII, 13. Zach. IX, 14. adeo Es. LXX, 1. Hof. LX, 1, hinc & denuo usus instrumentorum talium non improbatus, sed omnino approbatus est: Sed quid porro multis? Vel in ipso N. T. MUSICA tam vocalis quam Instrumentalis obtinuit, placuit, nec rejecta unquam legitur, adeo quidem, ut Apostolus PAULUS egregiarum instantiam inde desumserit I. Cor. XIV, 6. scilicet scribens: *Fam poveri fratres si veniam ad vos linguis loquens: quid vobis praesum: nisi vobis loquerar, vel per revelationem, vel per prophetiam, vel per doctrinam? Utique izanima sonum edentia, sive fistula fuerit, sive cythara: nisi discrimen sonis reddant, quomodo cognoscetur, quid fistula canatur, quid cythara?* Esayam namq; obscuram etiam vocem suba dederit quis parabit so ad bellum? Sic etiam vos per linguam nisi significantem sermonem edideritis, quomodo cognoscetur, quod dicitur? Eritis enim in aërem loquentes. Et propterea licitus Musices usus non expirabit, etiam si plis fatis divinis alicubi abolitus legatur: Quis etenim concluderet: Si Apoc. XII, 22, comminatio divina exhibetur, secundum quam justus DEUS vocem cythareorum & musicorum & cibicinum & buceruorum in Babylone mystica non vult amplius audire. E. hi homines & artifices absolute sunt rejecti, Ea namque consequentia & que vacillaret ac illa, quando aliqui ex Es. III, ss. 18. concludere volunt, quod omnis ornatus DEO displiceat. Recte etenim LUCIUS. ad Apoc. XII, 22. commentatus est: Gott verwirft hiemit nicht die Music, sondern wei et vielmehr, das es eine edle Kunst und Gabe sei, dadurch auch Gott im A. und N. Z. ist geehret worden. Gott will es aber hinweg nehmen zu straffen den Missbrauch der Music, welcher zu Rom und an andern Orten, bey dem abergläubischen Gottes-Dienst und zu aller Uppigkeit gebrachet wird. Die Fresser und Exluffer haben Harffen, Psalter, Pauken, Pfeiffen und Wein in ihrem Volleben, und sehen nicht auf das Werk des Herrn, Es. V, 12. Amos. VI, 5. Als Nebutadnezar sein Götzenbild wolte arbeiten lassen, da hörte man den Schall der Posaunen, Trommeten, Harffen, Geigen, Psalter, Lauten und allerley Säyten-Spiel. Dan. III, 5. So gehet auch zu Rom her, da wird bey der Messe und andern Götzendienste, wie auch sonst zur Pracht und Uppigkeit, die Music vielfältig misgebraucht. Darum sollen die Lieder in der Kirchen in ein Heulen verkehret und die Feiertage in Trauern und alle ihre Lieder in Wehklagen verkehret werden. Amos XII, 3. 10. §. IX.

S. IX. Hactenus quæ ex sacro Codice desuntia sunt, protenuitate virtutum exhibui. Nunc ad *Historiam Ecclesiasticam Speciatim* memet converto; Ac ibi quidem in antecessum moneo, quod plures in describenda historia Ecclesiastica non habuerint respectum, ut distinguuerent inter Ecclesiæ in *Regno Parborum*, *India & Tartaria*, ac in *Imperio Romano* plantatas: Sum etenim in illa persuasione, quod *Evangelium J. C.* primitus in illis Regni plus floruerit, quam in *Imperio Romano*. Inde etiam si copia nobis foret rerum gestarum, quæ extra *Imperium Romanum* obtinuerunt, non vana præsumptione mactor, multa etiam ibidem præsto fore de Musica nostra tam vocali quam instrumentali, altius & plenius exculta & exercita. Inter ea cum fata Ecclesiæ Christianæ, quæ R. Imperium, hoc tuius persequimur, quo proprius nos attingunt & ad nos magis pertinere videntur, hinc & hac serie causam meam auxiliante DEO! discussurus sum, & capropter pestilentissimum *Viram GODOFR. ARNOLDUM* consecrabor, ut Musicam meam eò exactius vindicem, orbius literario ipsi constet, quam scite & accurate Musicæ genuinus usus ab abuso sit distinguendus.

*MILLENIARII* ergo post CHRISTUM, natum *Imi Seculo I.* non facile quicquam aliud invenire possumus, qnam illud, quod D<sup>N</sup>. WILLIAM CAVE in seinem ersten Christenthum p. 287. s. commmoravit, scribens: *Bei diesem Stütz des Götter-Dienstes lungen Sie Psalmen und Lieder, welche ebensals mit ein Stütz der Göttlichen Verehrung für beydes bey Juden und Händen dahin ist gehalten worden* mehr, und zum Dienst der Göttlichen Ehre unmittelbar dienete, und die Gemüther der Menschen zu göttlichen und himmlischen Entzückungen aufstrachte. Es war solches schon vor Alters beym Ursprung und ersten Einheit der Christlichen Kirche, wie St. Paulus weitläufig davon erdet, gebekündlich, und ging es hernach durch alle Zeiten und Jahrhunderte durch. Nec potuit hoc diffiteri ARNOLDUS. vid. R. und R. *Historie I. I. II. 6. p. 34.* & idem iste in seiner wahren Abbildung der ersten Christen, *libr. II. Cap. 2. S. 1.* p. 158. ubi tamen *Fanaticismi sui memor statim aliquid affricat sano Musices usui*, scribens: *Ihe Singen und Beten unter einander geschehe im Glauben mit der höchsten Einfalt, und zwar durch Eingeben und Errieb des Heil. Geistes.* Ex omnibus siquidem contextu certum id est, quod non loquatur de *mediis sacrificioru*, quorum operatione exsurgunt *Musices in Sacris omnia funda-* menta

menta genuina, sed dum perpetim & ubivis *immediatam* revelatio  
nem extra & præter media salutifera urget, hinc in jam exhibitis  
locis i. Cor. XIV, & Col. III. eandem pernicissime sectatur. Vid-  
modo seim erstes Christenthum, loco citato, §. 1. f., Cui tamen erro-  
ri Theologi nostri fortiter ac masculine ad hunc usque diem, veluti id.  
notum satis est, se opposuerunt. De Musica *instrumentali* nil equi-  
dem scriptum habemus in hoc Seculo & probabile id omnino est,  
quod propter *persecutiones cruentas* abstinuerint abs hoc exercitio, &  
cum privatos conventus adornare adigebantur, citra dubium Musica  
instrumentali caruerunt & in Musica vocali moderatos se gesse-  
runt, ne proderentur abs Empeltis & persecutoribus suis.

§. X. *MILLENAII* Imi Sec. II. de Musica vocali in Sacris  
exercita nemo dubitat, qui PLINII *Jun. Epistolam ad TRAJANUM*  
legit, in qua de Christianis perhibetur, quod *sint soliti statu die ante-*  
*lucem convenire, carmenque Christo quasi DEO dicere secum invicem.* Num  
interim, quod JOH. VOSSIUS. in *Comment. ad hanc Epistolam.* voluit,  
verba: *dicere secum invicem*, ita sint intelligenda, ut Minister verbi  
*non solus cecinerit*, sed & reliqui auditores semet invicem *ad canen-*  
*dum provocaverint*, quem in finem locum TERTULLIANI adduxit,  
de eo jure multum *dubitatur*. Talis siquidem mos postea demum  
in Agapis exortus est, cum in Ecclesia alias forte obtinuerit modus  
talis, qualis puta adhuc servamus, ubi *cum Cantore rata congregatio*  
canit. vid. *TENTZELII Monathl. Unterrichtung.* anno 92. p. 713. f.  
Facile etiam consentio ARNOLDO, quando I, II, Hl, 9. p. 61. scri-  
bit: das Lehren und Singen geschehe gleichfalls noch in solcher Einfalt,  
ohne Weitläufigkeit, Pomp und affectirtes Wesen. Sonderlich  
aber ist schön zu lesen, das Sie Jesum Christum zu Ehren ihre Lieder  
der mit einander gesungen haben. Quod ad SOCRATIS & ex eodem  
a NICEPHORO. libr. XIII. Cap 8. relatam commemorationem;  
quam & AMALARIUS. Metensis. de Eccl Officii Libr. IV. Cap. VII.  
recensuit, attinet, IGNATIUM sc. in visione quadam vidisse Apo-  
stolos, Sacram Trinitatem Canticis suis alternatim in celo ven-  
rantes, qui modus canendi *Antiphonias* postmodum introduxerit.  
Tunc VALESIUS quidem in dubium id jure multo vocavit. vid.  
ipsius Notæ ad SOCRATIS H. E. Libr. VI. Cap. 8. cui suffragantur  
HILDEBRANDUS & HALOIXIUS. Certum id etenim est, quod  
posterioribus demum temporibns cœperint Antiphonaz. vid.  
D. J.

D. J. A. SCHMIDII. Lexicon Eccles. minns. p. 54. s. De Musica Instru-  
mentali repeto, quæ supra perhibui & ex TENTZELIO. l. c. p. 715.  
Hanc rationem validam habeo: Hiezu kommt noch, inquit, der oft  
geschilderte Zustand der Kirchen, da Sie kaum in privat Häusern, oder  
Kläppen und Höhlen ihren Gottes-Dienst verrichten können, und mit  
Stärdten musicalischen Instrumenten sich nur selbst verrahnen hätten.

S. XI. MILLENARII I. Sec. III. non habemus, quod pecu-  
liaris de nostra causa sit expressum. Interea si ex Sec. II. exhibe-  
re volumus, quæ JUSTINUS MARTYR. Apologia II. ad ANTONI-  
NIM PIUM, veluti legere est Bibliotheca Maxima Tom. II. Part. 2.  
p. 22. D. scripsit, habemus adhuc aliqua, quæ vel hic conducunt: Atque  
Atheos quidem & sine DEO impiorique nos, inquit, non esse; Qui conditores  
terris mundi colimus, minime illum sanguine & libationibus & incensis (quem-  
admodum eruditii sumus) indigere afferentes: Et precatio[n]is gratiarum  
que actionis ratione in oblationibus quas offerimus omnibus, quantum for-  
cata[re]t nostra est, laudamus: scilicet hunc honorem illo dignum esse persua-  
sum habemus, ut quæ ab illo ad alimentum sunt creata, non igne consuma-  
mus; sed nobis ipso & indigenibus praebentes offeramus; gratosque nos illi  
exhibentes rationales pompas & hymnos celebremus atque decantemus: Et  
de creatione, qua nos condidit, de rerum omnium ad valeritudinem firmam ubere  
proveni, de varietate omnis generis genitimum, ac convenienti temporis  
vicissitudine; de vita etiam postliminio extra corruptionem omnem nobis  
redirem[us]; propter eam quæ nobis ita illum est fidem & persuasionem, vota &  
precors profundimus: Quis fatus non facebitur? & horum omnium magi-  
strorum nos habere. Addatur et[em], quæ p. 32. D. E. ss. leguntur; abunde  
siquidem conspicitur, quod vel adhuc Sec. III. idem talis cultus ob-  
tinuerit. Ex TERTULLIANO etiam Apod. c. 39. id constat, quod  
in Agapis & privatis convivis morem illum habuerint provocandi unum  
ex ostentis; quæ DEUS cantico quadam celebraret, quid vel ex S. Scri-  
ptura & Psalmitis defunctorum portat vel etiam ipsorum campanare. Sed mo-  
rem hic suum ARNOLDUS simul ingessit in der wahren Abbildung. l. c. §. 4. p. 160. Adjiciens: da wir klar sehen, daß es einem jeden  
vöry gestanden, selbst in der Gemeine, aus keinem Herzen Lieder zu singen,  
ob sie gleich nicht allezeit nach der Kunst gesucht gewesen seyn mögen.  
Vermischlich, wie ein verachteter Mann hiebet anmerkt, und selbst ein Papist  
gestehen, es war das Monopolium der Lehrer, oder der Greul, da Sie  
alles allein in der Kirchen seyn und thun wollen, denen sogenannten Läyen

aber nur umbs Geld verkauffen, in der Kirchen noch nicht auffkommen. Daher etliche schliessen, es sey immer also gehalten worden von den Aposteln an, bis sich viele gelehrte und kunstreiche Leute zum Christenthum bekennt, und also die erste Einfalt zu singen aufgehoben. Nil siquidem tale intenderunt TERTULLIANUS, qui de *privatis agit conviviis.* & DANHAUERUS, qui ex *Cypriano* publicam & communem Orationem commendat & hymnodiam non nostram, sed *Papatus* impugnat, & Ministerium verbi *separatissimum* alias voluit *officium*, Larccis, vel reliquis vocatis omnibus, non conveniens. Ex CLEMENTE ALEXANDRINO alias & ATHEOGENE adhuc aliqua moneri possent, æque ac ex HYPPOLITO Portuensi & PAULO Samosateno: Sed dum res ipsa discussione non indigeat, unicum modo adjicimus ex DANHAUERO l. c. p. 170. ubi scribit: *Musicam ORGANICAM indigne ad solum V. T. ablegant REFORMATI, PARÆUS ad 1. Corinth. XIV. p. 949. ANDR. RIVETUS ad Exod. XV. p. 396. Annon enim hominis est, DEum laudare omnibus illis modis, quibus DEum laudare posse insinuat Hieropsaltes. Psal. CL. & num vox sanctus ASSA, non etiam instrumentis celebrasset Creatorem homo, si in statu innocentia perseverasset? D. PAULUS in N. T. non hymnorum solum, sed & psalmorum meminit. Atque hic in alterum extremum Auctor questionum ad Orthodoxos, que JUSTINO tribuantur, quæst. 107. Quarit ille, quare in Ecclesiis cantilenis coram, qui in lege fuerunt, insipientium more usum? Resp. Simpliciter canere insipientibus, non convenire, sed instrumentis inanimatis & crotalis cum saltatione canere: quo circa in Ecclesiis non usum carminum per ojus generis instrumenta, & alia insipientibus congruentia, receperum esse, sed simplicem cautionem in eis manere. &c.*

S.XII. MILLENARII I. Sec. IV. de thomate nostro plura exhibita sunt, quam haec tenus obvenerunt, ex jamdum dicta causa, quia tunc Ecclesiæ Christianæ liberior venit facultas, religionem suam propagandi & propalandi. Falsum etenim est, quad tum demum CANTORES exorti sint, qui veluti in V. T. obtinuerunt, ita itidem in Novo quoque tolerari non modo sed & constitui potuerunt, id quod contra ARNOLDUM in der R. und R. Hist. I, IV, V. s. p. 162. observari mexitur. Et quam dulcis fuerit Musica illa antiqua ad movendum animum audientium, id ipsum D. AUGUSTINUS. Libr. IX. Confessionum fatetur, & sub finem Cap. VI. scribit: *Quantum flevi in hymnis & canicis*

canticis rosis, suave-sonantis Ecclesia sua vocibus coquimotis aeriter. Voces illa influabant antribus meis, & aliquahatuer veritas tua in cor meum & ex ea astabat inde affectus pietatis & currebant lachrymae & bene mihi erat cum eis. Statim & adjicit Cap. VII. Non longe coperat Mediolanensis Ecclesia genus hoc consolationis & exhortationis celebrare, magno studio fratribus concincentium vocibus & cordibus. Et postquam AMBROSII persecutionem indicaverat, mox adjicit: Tunc hymni & Psalmi ne canerentur secundum moorem Orientium partium, ne populus macroris tedium contabesceret, institutum est: Et ex illo in hodiernum retentum multis, iam ac pene omnibus gregibus suis, & per catena orbis imitantibus. Is & AUGUSTINUS de Musica VI. scripsit Libros & in iis egregia multa con-  
gessit, peculiariter etiam monuit, quod histriones & theatrici Cantores scientiam veram musicam non habeant, p. Edit. Lugdun. in 8vo. Tom. I., 451, & de Civit. DEI ad Marcellinum L. XVII. Tom. V. Opp. Cap. XIV. Part. 2. p. 280. f. scribit: Erat autem DAVID vir in canticis eruditus, qui harmoniam musicam non vulgari voluptate sed fidei voluntate dilexerat; eaque DEO suo, qui verus est DEUS mystica rei magna figura-  
tione serviens, & diuersorum nomine sonorum rationales, moderatos-  
que concensus, concordi varietate compactam bene ordinata civitatis insinua-  
ritatem. Et Lib. uno de Decachordis Cap. V. Tom. IX. Opp. p. 1152. ege-  
gie scribit: Quare ambularemus delectati vanis cantibus, nulli rei profutu-  
ris, ad tempus dulcibus, in posterum amaris? Talibus enim turpidinibus  
cantionum animi humani illecti enervantur & decadunt à virtute, defluen-  
tes in turpidinem, & propter ipsas turpidines postea sentiunt dolores &  
cum magna amaritudine digerunt, quod cum dulcedine temporali biberint.  
Melissus erga nos amara vobis cantamus ad tempus, que postea dulcescant in  
vobis: nec mercedem aliquam exigimus, nisi ut facias que dicimus: Imo  
non facias, si dicimus nos. Si autem omnibus ille dicit qui neminem  
timet, & per quem sit nomine ipsius & in gloria misericordie ipsius, ut & nos  
neminem timemus, omnes audivimus, omnes faciamus, omnes cum nostra  
adversario concordemus. Purate me cytharandum esse, quid vobis possum am-  
plius canere? Ecce Psalterium vero, decem chordas habet, hoc vos paulo  
ante cantatis, antequam inciperem loqui, chorus meus vos fuisse. &c.

S. Xlll. Sed & nunc incipit notitia ipsius *Musica INSTRUMENTALIS*, quam adeo non detestata est primitiva Ecclesia, ut potius ad benedictionem divinam retulerit usum illius post perse-  
cutionem vel in ipsis sacris introductum: Quemadmodum enim fatis

( c )

clare indicant tunc cataphaticā intermissionē hujus Musicae; ita postquam libertatis sunt vindicati, exercitiorum etiam illud factū adhibuerunt. Audi de priori pressura PROSPERUM Aquitanicum. Expos. in Psal. 137. Tom. IX. Biblioth. Patrum. Max. p. 153. A. ubi scribit: Habent Organa sua cives Hierusalem, scripturas, DEI precepta, & promissa DEI, & meditationes quandam futuri Seculi: Sed cum agunt in medio Babylonie organa sua in salicibus ejus suspendunt. Et post pauca: A salicibus suspendenda sunt Organa: nec cantoriam hymnorumque nostarum Sacra menta pandenda: Ne sanctum detur canibus & jaciantur margarite ante porcos. Volentibus igitur de confessione fidei nostra instruere calumnias suas, respondendum est quod ait Psalmus: Quomodo sanctabimmo. Canticum Domini in terra aliena - - . Quid enim loquitur, aut quid sonat, qui cantica Sion in lande non sonat? Eloquium lingue nostrae est Hierusalem canticum, os autem carnalia loquens, & secularia canens, mutum est & obstructum: Quia inde delectatur, unde confunditur. Verus ergo Hierusalem amator & civis, hac se lege constringit, ut hujus paena subeat damnationem si non omniibus jucunditatibus proposuerit celestis patria charitatem. Sed & PRUDENTIUS de Organo specialiter ea perhibuit: Cūm repente privatum Organum intonuit, ineffimabili & ineffabili suavitate omnium aures & corda deindectas supra omnem modum harmoniam. Nec defusa curiositas importuna, si quis forsitan esset intus, vel extra, qui tam dulcissimam harmoniam effundere potuisset. Verum veraciter deprehensum est & adorè & canore, quod iam etiam descendit veraciter in jubilatione, qui ascendit in jubilatione. Quamvis ergo propter persecutionem primitive haec dies Ecclesiae usurpata sunt istiusmodi organa, nec tamen inde detestabilia statim sunt habita, præcipue cum AUGUSTINUS. Tom. IX. Opp. Part. I. p. 678. in Ps. LVI. hæc denuo addiderit: Paratum est, inquit, Davidis cor ad cantandum & psallendum - - - quid vocat ut surgat? Dno Organa video, corpus autem Christi unum video: Una caro resurrexit, & duo Organa surrexerunt. Alterum E. organum psalterium; alterum cythara. ORGANUM dicuntur omnia instrumenta musicorum. Non solum id dicitur ORGANUM, quod grande est & inflatur foliis, sed quicquid appetatur ad cantilenam, & corporeum est, quo instrumento uenter, que cantat, Organum dicuntur. Distincta autem sunt inter se ista Organum & uolo, quantum Dominus dat, indicare vobis, & quomodo distincta sunt, & quare distincta, & quare nrumque dicatur ex surge. Jam diximus, una caro Domini resurrexit, & dicitur, ex surge Psalterium & cythara. PSALTERIUM est Organum, quod

quod quidem manibus fortar percussientis chordas distentas habet, sed illum locum, unde sonum accipiunt chordae, illud concavum lignum, quod pender & tactum resonat, quia consipit aerem. Psalterium in superiori parte habet. Cybara autem genus ligni cavae & resonans in inferiori parte habet. Itaque in Psalterio chorda sonus desuper accipiunt: In Cybara autem chorda ex inferiori parte sonum accipiunt. Hoc interest inter psalterium & cybaram. Vidi equidem SVICERUM, VOETIUM & alios adseruisse, Patres instrumenta talia figurata accepisse & propterea usum eorundem non confirmavisse: Verum id nunc quidem nobis sufficit, quod talia instrumenta in illis temporibus jam fuerint, & in usu fuerint, simulac vero introductio eorundem in templo memoriatur, quod juste id factum sit, itidem deducemus.

§. XIV. Neque tamen hoc dimittendum est, quod hoc Sec. in Ecclesia obtinuerit canendi modus per MONOPSALMA, STAMPSALMA & DIAPSALMA, sed hic quidem in genere adhuc notandum est, quod, teste AUGUSTINO in Psalm. 60. Tom. II, X, Opp. Part. I, p. 38. hanc distinctionem inter CANTICUM & PSALMUM fecerit, ut CANTICUM dixerit id, quod ore preferitur, PSALMUM, id, quod visibili organo exhibito, i.e. psalterio canitur &c. Deinde vero & hoc non dimittendum, quod D. J. A. SCHMIDIUS in Lexico Eccles. min. p. 264. commemoravit, scribens: Hos PSALMOS DAVIDIS graci recentiores, in XX. classes quas καθισμα vocant, quasi sessiles, has iterum in tres partes, σάρες seu stationes dividunt, quas hymnῳ illo: Gloria Patri & Filio, &c. terminant; Aliter ac sit in Ecclesia latina, quae hymnum hunc post omnes psalmos recitat. Ideo autem, judice BALSAMONE, καθισμα vocant, quod Concilii Laodiceni decreto in uno quoque Psalmo, interjecto spatio lectio fieret, ne, dum Psalmi uno contextū legerentur, tedium auditoribus oboriretut. σάρες vero, quod stantes recitant, vel quod lectione finita stant, & quasi respirant! Modum, quo greca Ecclesia per totum annum psalmos recitat, indicabit Allatius. Præterea ad mensam quoque tenebantur psalmi Abecedarii, de his supra. Psalmi Allelujatici, Hieronymo dicuntur; qui pro titulo habent Allelujah: cuius inscriptionis nullam altam afferunt rationem, quam quod Psalmi isti singularem ac festivam DEI laudem præ aliis contineat. Psalmus apertoris, à verbis: Domine labia mea aperies &c. Psalmi Baptismales, numero tres,

tres, qui recitantur in diebus baptismalibus. *Psalmi cantissi* est, cum organo præcینente subsequens vox chori cantantis auditur. *Psalmi directanei*, qui uno eodemque vocis tono, ouïta modulazione pronunciantur. *Psalmi dominicales*, qui diebus Dominicis in Ecclesia recitari solent. *Psalmi familiares*, qui in omnibus XII.lectionibus horas sequuntur. *Psalmi feriales*, qui diebus feriatis, seu in feriis in Ecclesia recitantur. *Psalmi fortiores*, dicuntur Psalmi longiores. *Psalmi graduales* dicti sunt Psalmi XV, à Psalmo CXX. ad CXXXV. vel quia canebantur in XV. templi Salomonis gradibus, vel quia vox gradatim elevabatur. In Ecclesia Romana recitabantur quotidie tempore quadragesimali, donec Pius V. in feriis quartis jejuniorum in choro eos eos recitari statuit. Du Fresne addit, hos XV. psalmos ad quinque parvas homo congrue distribui, in quotidiano officio Deiparæ. *Psalmus invitatorius*, etiam nude *Invitatorium*, ita appellatur, Ps. 94. *Venite, exultemus &c.* *Psalmus misericordia*, quinquagesimus, *Miserere mei &c.* *Psalmus processionalis*, sic dictus 104. *Benedic anima mea Dominum*; quod ab eo græci vespertas missam & alia officia auspicentur. *Psalmi plebeji & vulgaris*, à privatis imperitisque hominibus compositi, qui in Ecclesia decantari yetantur. *Psalmi paenitentiales*, dicuntur 7. illi noti omnibus. *Psalmi prostrales*, prostrari, qui ab humi prostratis in Ecclesia recitantur. *Psalmi reflectiones*, qui tam posita quam levata mensa à Monachis recitari solent. *Psalmus responsorius*, in quo uno canente chorus consonando respondet. *Psalmi Salomonis*, ab Athanazio inter Apocrypha relati. *Psalmi speciales*, dicuntur VII. poenitentiales. *Psalmi superpositi*, videntur dici psalmi, super tabulas peregrinantium illiteratorum positi, *Psalmi typorum*, apud græcos dicuntur 23 & 146. quod hi in officio typorum recitarentur: Eorum vero primus τύπον τυπών alter vero διενέγγοντα dicebantur: Poenitentia psalmorum dicitur, cum Monachus ob leviorem culpam certum Psalmorum numerum decantare vel recitare, in poenitentiam jubetur. Addit & ibi, quod psalterius sit dictus, qui memoriter omnes psalmos recitabat. Olim enim Clerici & Monachi tenebantur totum psalterium memoriter tenere: Adeo, ut qui ad Episcopum pestularentur, & psalmos ignorarent, rejecerit Gregorius M.

*S. XV.* Ex his dispalcscit unde exorta sint nomina superius exhibita? *MONOPSALMA* itaque dictum est, quod annis cecinit:

**SYMP SALMA**, quod plures cecinerunt: **DAPSALMA** autem, spatiū erat & intervallum inter canendum. Et, quidem Sympsalmate significabatur plurium in fide harmonia, Monodia autem unius plurium in fide. vid. GESELII: H. S. & E. Part. 2. p. 729. ex AUGUSTINO. De cetero heic loci & illud observandum est, quod **SVICERUS** & **VOETIUS**, cum illis, qui partibus illorum adhærent, non simpliciter omnem *Muscam* ejuratam velint, sed solum adversus **ORGANUM** decertent, id quod ex SVICERO satis constat, qui *Thesauri Eccles.* Tom. II. pag. 1564. ss. ad voces Ψάλμος & ψαλμός ex GREGORIO, Nysseno & BASILIO. M. admisit, quod **PSALMUS** sit modalatio per instrumentum musicum, & sermo musicus, quando configit aperte secundum harmonia rationem ad Organum pulsatur. Addit etiam **PSALMORUM** laudem & utilitatem, quod sec. **CHRYSOSTOMUM** infinita bona nobis concilient, mentem à terra avelant & animam quasi placitam efficiant, erigant, & sublimos ac excelsos efficiant. Rem & eandem ipsam habere quandam vel per se voluptuosa una cum utilitate conjunctam. dum principale ejus lucrum sit ad D̄um hymnos dicere, quod docet, quod animam expurgat, cogitationem in alium extollit, vera & accurata dogmata docet, de presentibus & futuris philosophatur. Habere cum his per melodiam, & multam voluptatem, & consolationem aliquam atque recreationem, & facere cum, qui canit, gravem & venerandum. Quod autem tales efficiat claram habet ex eo, quod alter quidem interpretum dicit, decorum: Alter vero, suave. Ambo vero vera dicant. Etiam si enim infinitis modis sit pertulans is, qui canit, dum Psalmum reveretur, pertulanta sua tyrannidem sopit: Licet malit immorabilibus sit oppressus, & ab agitidine animi occupetur, dum à voluptate demulcetur, levat animum, extollit cogitationem & anitam in sublimi evabit. Adjicit ex CLEMENTE Alexandrino, quod Psalmus sit numerosa & modesta laudatio. & canticum spirituale psalmum dixerit apostolus. Ac tandem ex BASILIO M. pergit, quod si omnis Scriptura divinitus inspirata sit usilis, & propterea à Spiritu Sancto conscripta, ut ex ea, tanquam è communi quapiam curandarum animalium officina, medicamenta suo quisque morbo salutarem atque accommodare queat feligere, & vero psalmorum liber omnem ex Prophetis Historisis Lege ac Proverbis utilitatem complectatur, futura predicat: historias in memoriam revocet: leges sanctas vita: cuique agenda prescribat: & commune quoddam proprium sit omnis bona doctrina, provida & solerti cura sua excoigitata, nuid

quid enique nostrum maxime conducat. — Hinc & vetera inimiciorum vulnera persanant, & recens vulnerato celerem afferant correctionem; & morbo affectum pristine afferunt valetudini: Quod vero incolunt est, & integrum id curantur interim ac conservent: Denique quod omnia propterea viciose affectionis intemperiem, quoad ejus fieri potest, tollant, que variis modis animis in vita hominum imperat, idque cum quadam uerbi oblectatione moderata & voluptrare honestas menti inferente cogitationes.

**S. XVII.** Addit postea: **Quoniam enim Sp. S videt genus hominum ad virtutem difficulter duci posse, & quod propriarum proclaritatem ad voluptrates rectam vitam negligeremus, quid facit? Delectationem ex Adelodia ipsis doctrinis immiscuit, qui per delitias ac permisas deitatis sermonum utilitatem clam ac velut aliud agente sermonum utilitatem suscipiantur: plures ad sapientium Medicorum consuetudinem, qui his, qui cibos auersantur, auferimur pharmaca bibenda prabentes, melle sepe poculum oblinuerunt.** Propterea igitur **BASILIUS M.** decidit, concinnos psalmorum cantrus excoigitatos esse, ut pueri erate, aut etiam omnino muribus, canere quidem fibi videantur, revera autem animas erudiant. Neque enim quisquam ex vulgo & segnioribus, apostolicum aliquid arte propheticum praecepsum facile unquam memoria complexus abiit: At Psalmorum oracula & domi canunt, & medio in foco secum circumferunt. Et sane cum quispiam animum pre tria valde offeras una habuerit, ubi primum Psalmum fibi incipi percivit, mox ex animo opera melodia discussa feritate abit serenior. Psalmus est tranquillitas animorum: arbiter incunde pacis, cumulus ac undas cogitationum sedans ac compescens. Nam anima partem irascibilem mollit, protervum vero castam facit. Psalmus amicitia est conciliator, unio dissidentium, pacis inter hostes stabilisenda sequester est. **Quis enim inimicatu ductre potest unum, tam quo unam ad DEum vocem emisit?** **Quare etiam maximum bonorum, dilectionem, psalmodia suppeditat, velut nodum quendam ad unionem ipsum concentum excogitans, & ad unionis chori consonantiam populum coaptans.** Psalmus daemones fugat, Angelicam tutulam conciliat. Scutum est inter timores nocturnos, diuinorum requies laborum, infanticibus secundicas, in atatis flore constitutis decus & ornamentum, senibus solitum, mulieribus mundis convenientissimus. Psalmus sequestri & velut parario ipsa incoluntur soliditudines: Forenses strepitus moderatur psalmus ac temperat, Incipientibus eruditiri primum, elementaris inservit est Psalmus, proficiens angmonium, perfectis sufficiendis stabile firmamentum: Vox est Ecclesia. **Hic festivitatis exhibet, hic tristitiam qua secundum DEum est:** creare:

erat. Psalmos enim etiam ex lapideo toride lacrymabiles. " Psalmus <sup>Ad</sup>  
gloriosus opes, caelopis respublica, spiculae saffiles? O sapiens Doctoris  
invenientem, qui simul canere & utilia discere nos excogitavit! Linde etiam  
magie imprimentur animis doctrina. Ita enim natura comparatum est, ut  
vix tantillum dures, quod invitus didiceris: cum contra id nescio quo pa-  
cto memoria infidens tenaciss, quod cum permanea quadam oblectatione  
& gratia irropit atque illabitur ab initio. Quid porro non hinc possit edoce-  
ri? Nonne fortitudinis magnificentiam? nonne exaltam securitatem justitiae?  
nonne temperantie gravitatem? nonne absolutam prudenter perfectionem? nonne  
pacientiae modum? nonne patientia mensuram? nonne quicquid dicere pos-  
sis bonorum? Hic reconditus est perfecta theologia thesaurus: predictio ad-  
ventus Christi per carnem, mina iudicij: resurrectionis spes: terror inten-  
tati supplicii: promissiones gloria: mysteriorum revelationes. Omnia velut  
in magno quodam & communi promenario, in Psalmorum libro deposita sunt.

J. XVII. Leges & ibidem, quod MUSICA obtinet ad  
mensam, nam ex CHRYSOSTOMO excerpta videbis sequentia:  
Cum Diabolus ut platinum infidetur in conviviis, cum ebrietatis & ingluviei,  
risusque profusi, & remissi animi auxilio utatur: tunc maxime oportet &  
ante mensam, & post mensam se munire Psalmorum presidio, & simul cum  
uxore ac liberis surgentes a convivio, hymnos sacros DEO canere. Et ex  
CLEMENTE Alexandrino adjicit: Quod sacrificium DEO sint psal-  
mi & hymni, dum cibus sumitur, & antequam cubitum iter. Quod & de-  
ceat nos in potu DEO psallere, cum ejus creaturarum efficimur participes.  
Addens singularia bujus PATRIS verba: Certo etiam in convivio nobis  
invicem psallendo propinamus, nostram incantantes cupiditatem & DFum  
glorificantes propior copiosam donationem eorum, quibus uentur & fruuntur  
homines, & quod perpetuo suppeditata fuerint nutrimenta ad augmentum  
corporis & anime.

Eodem modo peculiarius addit, quod in CONVENTIBUS maxi-  
me SACRIS psalmos cecinerint credentes, & dum locum i. Cor.  
XIV, 26. adduxerat, ubi de mulieribus, quod id fecerint, perhiberi  
videtur, mox tamen addit: Successu temporis sublatum fuisse hunc  
morem; quem in finem ISIDORI Pelopona & sequens adduxit deci-  
sum. APOSTOLI, ut mulieres in Ecclesiis canerent, sapienti consilio per-  
misserant. Verum ut omnia divina documenta in contrarium versa sunt,  
hoc quoque quam plurimis in dissolutionem ac peccati occasionem cessit. Si  
quidem ex divinis hymnis non ingenti compunctione afficiantur; verum can-

*Ius suavitate ad irritandas & extimulandas libidines abutentes; nihilo cam  
panieis cantilenis prestantiorem esse existimat.* Operā preciōnē igitur eis,  
*ne deinceps, in Ecclesia canant, interdicere.* Quibus subjecit, quod  
in Synodo Laodicana. Can. 59. decisum sit: *Non oportere ab Idiotis psal-  
mos compositos & vulgares dici: id quod illustrat ex ZONARA, qui iti-  
dem sōlos psalmos Davidis & Salomonis receptos esse in Ecclesia, atque de-  
cīsum, quorundam aliorū, quos etiam priuatos nominarunt, in Ecclesia  
non recitandos esse; addens BALSAMONEM, & recte denuo adjiciens,  
quod EUSEBIUS recensuerit Cantica & hymnos omni metrorum &  
rythmorum genere in DEI honorem confessos esse & à fratribus fidetibus an-  
tiquitus descriptos, qui CHRISTUM Verbum DEI, verum DEum esse hymnis  
concelebraverint. Notulam vero suam hic etiam miscuit ARNOL-  
DUS, in dem ersten Christenthum. l. c. §. 2. p. 159: Das Concilium zu  
Laodicea verbote, die Psalmen so von privat-Leuten auffgesetzt worden,  
in der Gemeine zu brauchen. Das ist von Unerfahreñen, die nicht vom H.  
Geist ihnen gleichsam in die Füder dictiret waren. Wierwohl ein an-  
derer recht dabei urtheilet, es sey eben nichts daran gelegen, von wem ein  
gottseiliger Gesang gemacht sey, wenn er nur nach der Schrift eingerich-  
tet, und zum Nutz der Gemeine gesetzt werde. Verum denuo id obser-  
vatur, quod ARNOLDUS, quo usque urget immediata Sp. S. inspi-  
rationem, eo quidem ipso partes PAULI Samosateni constetetur, qui  
psalmos in honorem Domini Iesu Christi cani solitos, quasi novellos & à re-  
centioribus hominibus compositos abolevit, mulieres autem magno Pasche die,  
in media Ecclesia Psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituit,  
quod quidem auditoribus horrorem merito incussit. Äque vero psalmi  
plurimi novaturientium Sanctorum scandalosi satis sunt. Vid. Nov.  
Antiqua. Anno MDCCX. p. 99. ff. & 112. ff. D. CYPRIANUS: De pro-  
pagatione Heresum per cantilenas. DN. D. WERNSDORFFIUS. de  
Prudentia in Cantionibus Ecclesiasticis adhibenda. & Magnificus DN. D.  
ÆPINUS. Patronus ac Preceptor noster omni filiali cultu astigmatissimus.  
in Diff. theol. de Hypotyposianorum verborum. Apbor. VII. §. 3. S. l. p. 62. ff.*

Interea SUICERUS loco jam exhibito, ex BASILIO Cafarensi,  
CHRYSOSTOMO & THEODORETO bene notat, quod primi  
Christiani sole jam dulcescente, nusquam sine ratione ad opera le  
convertere sueverint, & Canticis tanquam sale condierint actiones,  
sive fuerint Opifices, sive milites, sive fuerint in domibus sive in com-  
pitiis sive in viis, addens ex THEODORETO, THEOPHYLACTO,  
BASI-

BASILIO M. & CHRYSOSTOMO , quomodo in canendo *mentem*  
excitanda ad eorum , quæ dicuntur , intelligentiam & quod non vagi-  
bando corde , sed concinno & consonante ordine sit psallendum .

§. XIX. MILLENARII I. Sec. V. iterum apparet , dira Ac-  
censatio aduersus abusum Musices & ARNOLDO in der R. und R. Hist.  
I, V, II, 4. p. 216 inde venit occasio calumniandi , mémorat etenim , daß  
viele geifert wider die eingerissene Abergernisse im Fressen , Gaußen ,  
Schau- und andern Spielen . rodit & THEODOSIUM , daß er nach  
dem annoch unter den Christen zum grossen Verderb überbliebenen  
Ordens , bey den Circenischen Spiele gewesen ; nec parcit Doctoribus , ad-  
deas : Ohne Zweifel haben seine vermeynete Seelsorger jene Uppigkeiten  
vor zulässig ausgegeben , addit tandem : Es hätten die Väter ernstlich  
gescholten auf die wollüstigen Schmäuse bey Hochzeiten und die thörichten  
Musiquen daben . §. 6ta. Nec minus §. 7. Sie hätten mit den Heyden  
in ihren Schauspielen , Comœdien und anderen Uppigkeiten oben und  
unten gelegen . Sed de his talibus nunc quidem solliciti non sumus ,  
ut exhibeamus clarius , quomodo ARNOLDUS magnus fuerit con-  
viciator ? Concedimus & hoc , quod Gentilium Ludi scenici ac thea-  
trales habendi sint detestabiles , & quod tarde satis ac difficulter  
omnes Paganorum ritus superstitionis tolli potuerint ex animis illo-  
rum , qui inter Christianos nomina profitebantur , & absurdē pu-  
tarunt , istos cum Christiana religione conjungi posse ; nam satis  
bene SALVIANUS . libr. VI. de gubernatione DEI . pag. 177 , scripsit :  
Ecce innumera Christianorum millia in spectaculis quosidie rerum turpi-  
um commorantur ! CHRISTO ergo ( ò amentia monstruosa ) Christo .  
CIRCENSES offerimus & mimos : Christo pro beneficiis suis theatro-  
rum obscena reddimus ; Christo iudicrorum turpissimorum hostias immola-  
mus , & p. 106. iam scripserat : Sic neque omnes hi , qui spectaculis istius-  
modi delectantur , etiam quando non spectant , innoxii tamen à spectaculo-  
rum placibus mente non sunt : quia semper vellent spectare , cum possent .  
Nec solum hoc : Sed sunt alia majora . Quid enim ? Numquid non con-  
fusibus & pullis adhuc gentilium , sacrilegorum more , pascantur ; & volant  
penne auguria querantur : ac pene omnia fiunt , qua etiam illi quondam pa-  
gani veteres frivola ac irridenda duxerunt . vid. D. C. G. SCHWAR-

TZII. Exercit. De tempore ludorum secularium, sub Philippis Augustis celebratorum. Addimus tandem, quod restituto CHRYSOSTOMO in honorem EUDOXIE exstructa fuerit statua, non ita longe à templo, in quo docebat Chrysostomus: Quod & ad hanc statuam ludos publicos & spectacula egerint, dum alii sacris interessent: Quod & tandem propterea peculiariter ludos tales, ut fas erat, liberius reprehenderit sanctus Chrysostomus, in hac verba erumpens: Rursus HERODIAS insanit, rursus concitat turbas, rursus choreas agit & gesticularit, rursus caput Iohannis querit. &c. Verum ex illis omnibus ac singulis id tamen non consequitur, quod MUSICA aut Vocalis aut Instrumentalis, in sacris simpliciter ac absolute exulaverint, potius cum sub LEONE I. decisum est formatum; DIES Dominicos festos esse debere, divina lege de hoc lata, ut nec tibia, nec cythara, aut aliud aliquod instrumentum musicum die Dominico audiatur, sed omnia cessent. Vid. EUSEBIUS. Epitome temporum p. 291, id inde liquido fluit, quod haec tenus in diebus Dominicis obtinuerint & quod aliis in festis diebus non fuerint prohibita.

S. XIX. MILLENARII I. Sec. VI. denuo quidem ARNOLDUS habet, quod blaterat, dum enim recenset, quod GREGORIUS. M. CANONEM seu officium missaricum instituerit; Notam hanc addit: daß er doch dabei ausdrücklich beklagen müssen, daß er hierin von der Apostolischen Weise abgewichen sey. Sciscitur autem nobis, Epistolamque LXIII. plenius insipientibus, rationem reddit GREGORIUS de Missa ordinatione, & respondet: quia in nulla eorum secuti alias Ecclesiam sumus. De Apostolico modo autem in iis nil habetur, id quod verba sequentia clarius testantur. Nam, inquit, ut Hallelujah bic dicereatur, de Hierosolymoram Ecclesia ex B. HIERONYMI traditionibus tempore beata memoria DAMASI Pape traditur tractum: Et ideo magis, in hac sede illam consuetudinem amputavimus, que hic à graciis fuerat tradita; Ex subsequentibus itidem evidentissimum est, quod pressius voluerit imitari Apostolicam consuetudinem: sed & post ea pergit: Dieser Canon aber bestand aus verschiedenen Zahlen, als aus der Vorbereitung der Mess-Pfaffen, aus dem introitu, der mit allerhand Gebeten, Gesängen, Grüßen, Collecten, Lectionen und dergleichen geschehe, davon man noch in den protestirenden Kirchen etwas insgemein und sonderlich an hohen Festen übrig hat, zum Andencken und Zeugen, daß der Antichrist noch nicht mit seiner Gauleley vertrieben sey.

Bone

Bone DEUS! quid supereft Anti-Christiani in Ecclesiis Nostris, ubi Sacramentum Altaris rite dispensatur & ad genuinum ejus usum excitatur unusquisque, quin ad laudes divinas sanctiora veniunt incitamenta. Quæ Antichristianismum inferunt, *Magnus noster FECHTIUS*, in egregio suo Tractatu. de *MISSA*. penitus discussit: Sed vero nil eorum, quæ in nostris Ecclesiis obtinent, datumare voluit. & eruditissimus DN. L. J. H. ab ELSWIG de *Reliquis Papatus Ecclesia Lutherana temore affictis*. Cap. IV. toto, & peculiariter §. 13. ff. p. 137. ff. his fluctuationibus & mendaciis strenue se opposuit. Quando vero ARNOLDUS addidit: Hierben gedachte man nun, daß auf jedes Fest und andere Tage auch besondere Gesänge, Psalmen, Antiphonen, Litaneien, Kleider und andere Umstände gebrauchet würden, welches sich denn endlich nach und nach in unendliche Gebote und Sakungen vermehret und eingetheilet hat. Tunc in his singulis axioma: *Tollatur abusus & maneat usus*. obtinere debet, veluti & jam TERTULLIANUS Sec. II. adversus *SPECTACULA Gentilium* docet, voluptatem Christianis aliis in rebus ponendam esse, neque deesse in disciplina nostra, quo feso oblectent. Si scenica fabulæ & numeri laudentur, personare versus & cantica, qua avidas avres permulceant, conf. ALBASPINÆUS. de *Veteribus Ecclesie ritibus*. p. 498. Nobis itaque sufficit egregium pro Musica nostra testimonium, quando CASSIODORUS. in *Mathematicis*. p. 1323. Biblioth. Patrum Maxima. Tom. XI. lit. F. G. H. decidit, quod hoc Artificio res ipse penetrabilius animo frequenti meditatione condentur, ibidemque addit: *MUSICA ergo DISCIPLINA per omnes artes vita nostra à creatione diffunditur*. Primum si creatoris mandata facimus & puris mentibus statatis ab eo regalis serviamus: *Quicquid enim loquimur, ruel invincus venarum pulsibus commovemur, per Musicos rhythmos harmonia virtutibus probari esse esse sociatum*. Musica quippe est scientia bene modulandi, quod si nos bona conversatione tractemus, tali disciplina probamur semper esse sociati, quando vero iniquitates gerimus, Musicam non habemus. Caelum quoque, & terram, vel omnia qua in eis dispensatione superna per aguntur, non sunt sine Musica disciplina: quam PYTHAGORAS hunc mandum per Musicam conditum, & gubernari posse, testatur. In ipsa quoque religione valde permixta est; ut decalogi decachordus, tintinnus cythara, tympana, Organi melodia, cymbolorum sonus. ipsum quoque psalterium ad instar instrumenti Musici nominatum esse non dubium est: eo quod in ipso contheatur celestium virtutum suavissima & grata modulatio &c.

S. XX. *MILLENARII I. Sec. VII.* ARNOLDUS in der S. u.  
 R. Hist. I. VII. II. s. p. 274. iterum debacchatur: Zu Hause ging es so  
 schlimm zu, daß man Schande halben verbieten müsse, es sollte kein Pries-  
 ter bey den Gastereyen singen, oder tanzen und springen. Quod de-  
 bacchatus sit, scripti, quia vulgo ARNOLDUS vitium aliquod, vel  
 in extremis oris patratum, universæ Ecclesiarum affricat, & bardæ ipsius  
 consequentia semper ita concludunt: Baculus stat in angulo: E-  
 pluit. In Hispania prohibentur Pastores, ne canant in conviviis, ne  
 saltent ac saliant. E. in omni orbe Christiano cecinerant in conviviis, cho-  
 reas festati sunt & saltarunt. Certus equidem sum, quod omnis plus  
 abhorreat abs illicitis quibuscumque moribus & improbis choreis, atque  
 musicæ exercenda modis, peculiariter etiam notum id est satis, quod se-  
 cundum Canones LIII. Laodicenum non oportet Christianos ad nu-  
 ptias venientes tripudiare vel saltare, imo ex Can. LIV. clarius dispa-  
 lescet, quod non oportet Clericos aut Sacerdotes contemplari in nuptiis  
 vel conviviis. In Concilio etiam Agatensi Sec. V. habito, saltationes con-  
 juncta cum cautionibus amatq[ue]riss & lascivis omnibus in universum Chri-  
 stianis fuerant interdicta. Nec dimisi insimul CHRYSOSTOMI duriores  
 locutiones. Hom. XII. in Ep. ad Colossenses. Hom. XLIX. in Matthaeum.  
 & Hom. LXXXIV. ac alibi repertas. Interea tamen quod à dicto si-  
 secundum quid ad dictum simpliciter non valeat consequentia, id ex  
 PATRIBUS clarum inveni. Quid enim volunt verba GREG. Na-  
 zianzeni. Orat. IV. p. 130. Quod si te, ut ut celebritatis & festorum  
 amantem saltare oportet, salta tu quidem, sed non in honesta illius HERODI-  
 ADIS saltationem, qua Baptista nesci accepit; verum DAVIDIS ob arce  
 requiem: Qua quidem DEO grata incessionem, agilitate preditam & ver-  
 satilem designari existimo. Et cur GREGORIUS Nyssenus. Hom. 6. in  
 Eccles. Tom. I. decidere potuit? Talis saltatio intensam letitiam significat  
 quomodo didicimus in Evangelio, cum dicit: TIBIA VOBIS CECINI-  
 MUS & NON SALTASTIS. Ita dicit historia, fuisse quidem planctum  
 apud Israelitas, cum migraret MOSES, saltasse autem DAVIDEM arcum  
 in pompa precedentem, quando eam repetivit ab alienigenis, non eo habitu,  
 quo solebat. Dicit enim modos cum cecinisse harmonicos, pulsantes musi-  
 cum instrumentum, se autem movisse ad numerum & numero mox cor-  
 poris in publicum internam protulisse affectionem. Nonne expresse desi-  
 gnant, quod saltationes quedam sunt licite, illæ puta, quæ ad restan-  
 dam letitiam, ob sensum amplissimarum DEI benedictionum, decenter,  
 honeste

boneti ac pie suo loco ac tempore circa proximi damnum & scandalum cuncti  
celebriter laudent DEI aguntur: Canticum illud aadia, non honestiorum, eaque  
detestatus est CHRYSOSTOMUS, hinc de MONACHIS: Tom. I.  
p. 391. C. scribit: Omnes statim cum reverentia somnum deponen-  
